

IOANNIS DESPAVTERII

SYNTAXIS,

A SEBASTIANO NOVIMO
la Duisburgensi, in absolutissimam
methodum redacta.

Item Libellus de Reciprocis, ac ordine in declara-
tione Grammaticæ seruando.

Adiectus est per eundem de syncategorematis, de propri-
tate graduum comparationis, & de speciebus nu-
meri, Libellus utilissimus.

Accedit & Erasmi Roterodamii de ratione
studij parænesis.



ANTVERPIAE,

Apud Martini Nutij Viduam,

Anno M. D. LXIII.

SEBASTIANVS NO-
VIMOLA DVISBURGENSIS
Henrico Riwicchio, præclaræ indolis
adolescenti. S. P. D:

QVanta optimæ spei adolescentis, Ioannis despauterij,
hac caussa quod summam Grammatices carmine cō-
plexus est, sit præstantia ac utilitas, omnium rectè instruen-
de pubis artificum suffragia comprobant. At neminem, qui
eius opera vel vnguani vidit, ignorare arbitror, quā in ora-
tione soluta non obseruarit Horatianum illud. Quidquid
præcipies, esto breuis. Cūm autem tot scholis sit receptus,
& vix ullus tum discipulus, tum etiam præceptor reperiatur,
qui ex immodica commentariorū diffusionē naufragium
contrahat, diu summis desiderijs aliquē exspectavi, qui Syn-
taxin diligenter excisam in communem utilitatem exhibe-
ret. Atque istud ipsum, quia cognoui semper voluisse Mi-
chaelem Hillenium, non destiti aliquandiu eam in compē-
dium redactam, quotidianis frē et flagitationibus, ex eius
officina requirere. Sed ubi nec ipse ullius industria, voti
redderetur compos, existimans, quod ab alio exspectarem,
nec posse, vehementer est adhortatus, ut Aesopici legetum do-
mini exemplo arrepta falce, proprias taudeim manus ope-
ri admouerem, exhorrida, in qua sine tædio quotidie ver-
sarer silua, spinas resecarem, expeditioremque studiosis
ad metam properantibus pararem viam. Heic cūm in re
litterarū candidatis tam frugifera, homini amicissimo me-
ain operam negare, verecundia prohiberet, quod sine inter-
missione postulabatur, sum aggressus, & sedulae apis in mo-
rem, in torta peruvolitans dumeta, hoc est, sterilissima quæ-
que excutiens, quæcumque inueni rudioribus necessaria,
in hanc methodum collegi. Quam, Riwichi studio fissime,
tibi dicata in luce in prodire visum est, ut qui in aero-
rum tuorum insistens vestigis, maximum, ut spero, Rei-
pub-

EPIS. NVNCVATORIA.

publicæ Christianæ olim allaturus es commodum, nuno
 quoque habeas aliquid quod multis de caussis tibi debitū,
 haud parum studiosis profuturi cōfido. Atque utinam il-
 li minima tantæ diligentia p̄ntriuncula hunc lectoris libel-
 lum, quantam in te recte instituendo ab Ioanne Altenano
 adhiberi animaduerto: fasuros olim omneis sperarem, se
 nec plenius, nec facilius ex alio ullo constructionem imbi-
 bere potuisse. Ne verò quis putet opus illud immeulum ab
 solutiis esse, multoq; plura de Syntaxi in Scholis prælegen-
 da complecti, præmonitos omneis velim lectors, ipsum fa-
 teri Despauterium se multis id perniscuisse, in quibus se
 nugari ait, non ad institutionem puerorum, sed ex more sux
 etatis Grammatistarum. Hinc colligat aliquis, officiantne
 magis in grammaticis præceptis, quam pro sint, vitio tem-
 poris accommodata, non eis, quibus sunt composita. Habet
 autem moles illa & alias inutilis planè prolixitatis caussas,
 quas quoniam mediocri iudicio saltem prædictus perspicere
 potest, non censeo operæ pretium eas enumerare. Nunc er-
 go exponam paucis, quæ velut Theseli filum secutus; hoc
 compendium, quam potui conmodissimè digesserim. quo
 etiam melle amaritudinem, quam in radicibus artium esse
 dicebat Isocrates, reddiderim tolerabilitem. Primum, ut
 reiectis superuacuis, quæ ad Syntaxin pertinent, lucidius
 connecterem, nescitanter dicta vel mutarem, vel complerem,
 fusiùs citra utilitatem sparsa contrahereim, non solum meis
 necessariò s̄pē sum usus verbis, verum etiam appendicibus,
 & annotaciunculis commentarios passim distinxii. Secun-
 dò, quia exempla præceptorum sunt lumen, sublati s̄pē
 otiosis, è probatis scriptoribus permulta de promisi conue-
 nientissima, quæ dictu mirum, quantum sint allatura pue-
 ris in edisco tædijs relaxationem, quantum in sermo-
 ne familiaris, ac styli exercitationibus sint profutura, quan-
 tum denique ad honestos mores formandos valeant: cūta
 ferè nullum sit, quin præter exquisitam elegantiani insi-
 gni sententia splendeat, & aut memorabili historia, aut le-
 pida fabula, iocoue delebet. Quæ tertia mihi fuerit cu-
 ra, breuiter expedire non possem. In summa: verbis,
 quia nihil compendiosius, nihil ad firmandam in memoriam

EPIST. NVNCVATORIA.

utilius scribi potuisset, paucissimos omisi, multa depravatae
impressi & bique correxi, ordinem saepius in prosa commu-
taui. In duobus præcipue locis incredibilem impendi labo-
rem. Congresserat Despauterius pene omnia, quæ Lauren-
tius Valla, Perottus, Calepinus, & alij de præpositionibus ha-
bent, quibus diligenter collatis, ut præpositionum vis nota-
biliar elucesceret, cognatas cognatis adiunxi, contrarias
apposui contrarijs, reieci nihil ad rem facientia, partim vñ
discenda, partim prouectionibus ex ipsis fontibus haurien-
da. Secundum locum hac ratione tractau. Coniecta erat ad
finein datui, verborum variæ constructionis congeries, or-
dine rantium alphabetico digesta: huic ne quid relinquerem
spatij, quedam regulis, ad quas pertinebant, inserui. Reliqua
cum multis alijs, quæ incertis sedibus dispersa deprehendi,
in postremam Syntaxis datui regulam contuli: ubi quo cō-
modiorem haberent locum, duobus hemistichiis præposio-
nes, à quibus incipiunt carminibus, apposui. Hac euidem
parte mihi videor, Despauterij opus non diminutum esse, at
generalis præcepti amplitudine adaugatum, quod ne Eraf-
mus quidem omisit in eo, quem castigavit, libello, quem si-
legas, inuenies verba quedam à post composita, quæ quia
comparationis vim tenent, accusatiuum cum dativo admit-
tunt, atque ob id alium in hac methodo sortita sunt ordinē.
Plura non libet exse qui, ne præfatio in librum procurrat.
Hunc nostrum, mi Henrice, pro tua singulari modestia bo-
ni consule conatum: ac perge, quæso, diuina ingenij tui ma-
turitate eniti, ut tuoruni omnium de te exspectationi
respondeas. Vale. Coloniæ ex Gymnasio Mon-
tano. Anno M. D. xxxiiii. Ca-
lendas Aprilis.

Quid

QVID SIT GRAM- MATICA ET Vnde Dicitur.

GRAMMATICA, est ars recte scribendi, recteque loquendi, poëtarum enarrationem continens, omnium scientiarum fons uberrimus. Hæc ars à litteris incipit, vnde Grammatica dicitur quasi litteratura: γράμμα namque litteram significat.

Divisio Grammaticæ.

Grammatica, ut definitio indicat, est duplex, Methodice, & Historice.

Methodice recte loquendi, & scribendi præcepta continent.

Historice, est poëtas enarrandi scientia. Omnes scriptores heic poëtas voco, quod fecit & ipse Quintilianus libro primo de institutione oratoria: Nec refragatur nominis etymologia: τὸν enim facio, singo significat. Fingit autem omnis scriptor.

Divisio Methodices.

Methodice grammatica versatur circa quatuor. Littram, Syllabam, Dictionem, & Orationem.

Sunt igitur totidem eius partes. Orthographia, cui debetur littera. Prosodia, cui syllaba. Etymologia, cui dictio. Synaxis, cui oratio curæ est.

Orthographia, est recte scribendi peritia: ut, Chrysostomus cum ch & v Græco. Dicitur ab ὅρθος, rectus, & γράφω, scribo, quasi recta scriptura.

Prosodia, carminis est, & accentus notitia: ut, Simon, genitio Simonis, penultima longa. Prosodia Latinè dicitur accentus, à ἀριθμῷ, id est, ad, & ἀλητική, cantus, carmen.

Etymologia, est scientia, ostendens veram dictiōnū originē cum reliquis accidentibus: ut, Rex à rego descendit. Etymologia, ab ἐπίμολος, id est, verus, & λόγος, sermo, verbum, dictio, ratio. Quidam, teste Fabio, hanc partem originationem vocauere. Cicero ἐπίμολος ἡ τερτιόνυμον.

quod verbum, ut durum, ipse qui finxerat, fugit, & suauius notationem appellauit: quia nomen eius apud Aristotelem inuenitur σύνταξις, quod est nota.

Syntaxis, quæ Latinè constructio dicitur, est congrua distinctionum in oratione ordinatio. Deriuatur à σύνταξι, id est, ordino, compono, construo. Est autem dictorum ordinatio tripliciter congrua: vel voce tantum: ut, populus cantat: vel sensu tantum: ut, Populus cantant: vel voce, & sensu simul: ut, Petrus ambulat.

Syntaxeos accidentia.

Syntaxi, siue constructioni accidunt duo: Concordantia & Regimen.

Concordantia, est debita partium orationis conuenientia in genere, numero, casu, vel persona.

Regimen, est certi casus exigentia, de casus natura nihil amittentis: ut exigentia accusatiui in verbo Aimo, est regimen: quia dicimus, Aimo litteras. Addidi de casus natura nihil amittentis, propter casus aduerbialiter positos: quia ferè totam naturam casus, & nominis amittunt: ut, Vado Romam.

Omnis partes orationis regunt, præter Coniunctionem: ut, Oculi Domini super iustos. Hæc volucrum. Ama Deum. Satis vini. Amans Deum. Heu me.

Tres solum partes regunt, & reguntur, Nomen, Pronomen, & Participium: quia casus tantum regitur. Sola Coniunctio nec regit, nec regitur, suam naturam seruans. Sed de regimine plura post concordantiam.

Triplex concordantia.

Concordantia est triplex, adiectivi & substantivi, relatiui & antecedentiis, verbi cum nominatiuo à fronte recto. In hac ultima concordantia, quia etiam est regimen, de ea tractabimus in regimine nominatiui.

IOAN-

IOANNIS DESPAVTERII.
DE CONCORDANTIA ET RE-
GIMINE, LIB. VIII.

Adiectiui, & substantiui concordantia.

Mobile cum fixo genere, & casu, numero &
conueniat: nomen sic vult cognomini adesse.

Adiectiuum & substantiuum esse debent eiusdem gene-
ris, casus, & numeri: ut, Sævus vitricus. In iusta nouerca. Tunc
pe vitiuim.

Adiectiuum est, quod substantiuo adjicitur, sine quo sen-
sum non perficit. Triplex est adiectiuū. Nomen: ut, Bonus:
Pronomen: ut, Meus. Participium: ut, Factus. Adiectiuū vo-
caui mobile, quia de genere in genus mouetur.

Substantiuum est, quod adiectivo substatur. Id fixum voca-
tur, quia fixum est, nec mouetur de genere in genus.

Annotationcula.

Quod dicit Cicero, Omnia rerum mors est extremū,
id datam regulam non impugnat: quia adiectiuū in neu-
tro genere sāpē sit substantiuū, & plerumque declaratur,
vel per nomen res. Virgil. Varium & mutabile semper fe-
mina, id est, res varia, & mutabilis. Vel per nomen pars: ut,
Frigidissimum hominis est cerebrum, id est, pars frigidissi-
ma. Vel per nomen, quod Dialectici abstractū vocat. Seruā-
tissimus æqui, id est, æquitatis. Huc pertinet illud Virgilij.

Fama malum, quo non aliud velocius ullum.

Sic Ouidius. Turpe senex miles, turpe senilis amor.

Nomen sic vult cognomini adesse. Nomen & cognome
concordant in genere, casu, & numero: sicut adiectiuum &
substantiuum: ut, Pontius Pilatus, Simon Petrus.

Appendix.

Idem de praenomine, & agnomine dicendum est: ut, Marcus Tulius

CONCORDANTIA

Itus Cicero. Publius Virgilius Maro. Scipio Africanus.

Quatuor sunt igitur proprietum nominum species. Nomen, Pronomen, Cognomen, Agnomen.

Nomen est proprium singulorum vocabulū: vt, Pontius, Tullius, Virgilius, Sinon.

Prænomen est, quod honoris caussa præponitur: vt, Marcus, Publius, Titus, Quintus.

Cognomen, est familiæ & cognationis nomen: vt, Cicero, Maro, Naso, Scipio, Nero, Pilatus, Cornelius.

Agnomen est, quod ab euentu quodam acquiritur: vt, Naso, à nasi magnitudine: Cæsar, à cælo matris ventre: Africanus, à deuicta Africa. Agnomina sāpē abeunt in cognomina: cognomina verò deinde in nomina. Præterea cognomē & cognomentum, pro agnominē aliquando capimus. Cicero. Scipio ille cui Africano fuit cognomen. Idem. Teque non cognomentum solum Athenis deportasse, sed humilitatem & prudentiam intelligo.

De cognominibus attribuendis, Preceptum I.

Cognomina sumturus à locis, aut etiam aliunde, dices: Terentius Afer, non de Africa: Ioannes Pontanus, Paludanus, Montanus: nequaquam de ponte, palude, &c. Item dices: Petrus Pauo, Martinus Magister, Iacobus Faber, Ioannes Albus: non Pauonis, Magistri, Fabri, Albi. Horū omniū hæc est ratio: quia nomen & cognomen ad eādem rem pertinent, quod sanè non significatur, si dicas Petrus Pauonis, pro Petrus Pauo: Fabius Pictoris, pro Fabius Pictor. Si autem dicas Ioannes Lupus, iam Lupus non significat bestiā, sed hominem.

Ex Erasmo, Preceptum II.

Barbara, & sono absurdā vocabula vel hominū, vel locorum, vel familiarū, aut Latinis, Græcisue vocibus reddenda sunt, aut in Latinam faciem cōmodè deflectenda, vt ab idiotis etiam vulgatum nomen agnoscatur: vt, cūm pro Barbir, quod vulgo tonsorem sonat, Barbiriū dicimus: pro Busleid, Buslidium: pro Lang, Ligiū: pro Despauter, Despauteriu.

Annotatiuncula ex eodem.

Præter veterum consuetudinem faciunt, qui paternū nō
men

RELAT. ET ANTECED.

men cognominis vice sub. aut:vt, si quis Antonium Dionysij filium, Antonium Dionysium appellat. Ceterum qui parentis vocabulum gignendi causa subiectum, in agis refertur Hebræorum consuetudinem, quam Romanorum: Iacobus Alphæi, Ioannes Zebedæi. Hac Erasmus. At Seruius sic ait. Figura est Græca, si dicamus: Aenæs Anchise, & subaudiamus filius. Hac autem figura utimur circa patres, & circa maritos tantum: vt, Virgilius. Deiphobe Glauci, subauditur filia. Hectoris Andromache, intelligitur vxor. Hæc Seruius. Dicimus tamen etiam, Eusebius Pamphili, scilicet amicus.

Concordantia relatiui, & antecedentis.

Pone relatiuum cum precedente, in eodem

Et genere, & numero, nec non persona in eadem.

Relatiuum & antecedens concordant in genere, numero, & persona: vt, Ego gaudeo, qui locupletibus genitus sum. Non fies tu, qui amisti partem: Prover. xxviii. Homo, qui confidit in corde suo, stultus est. Posui particularia persona, quia licet relatiuum per se nullius sit personæ, tamen statim ut cum antecedente ponitur, capit antecedentis personam, & ita semper conueniunt in personarib[us] uices. Tu blandus es, qui studes, non, qui studeris: quia sic vel relatiuum ab antecedente, vel verbum à nominativo à fronte recto in persona discordaret.

Annotatiuncula.

Eleganter interdum antecedens intelligitur. Horatius: Argentum, & vestes Gætulo, murice tintas
Sunt qui non habeant, est qui nō curat habere. Iuvenalis.
Sunt quibus est sola viuendi causa voluptas.

Relatiuum quid sit, & quotuplex.

Relatiuum est, quod rem antedictam refert, id est, repeatit: vt, qui, quæ, quod. Duplex est relatiuum: substantiarie, & accidentis.

Relatiuum substantiale quid, & quotuplex.

Relatiuum substantiarie est, quod refert antecedens substan-

CONCORDANTIA

tiuum. Publius. Homo, qui in honine calamitoso est miser-
cors, meminit sui. Relatiua substantiae sunt, qui, quæ, quod,
is, suus, ipse, sui, ille, idem, alius, alter, reliquus, cetera, & ce-
terum. Nominati quis & quid nunquam relatiuè capiun-
tur.

Duplex est relatiuum substantiae: similitudi-
nis, & diuersitatis.

Similitudinis est, quod idein cum suo refert antecedente.
Et sunt hæc, qui, quæ, quod, is, suus, ipse, sui, ille, idem.

Diversitatis est, quod refert antecedens, diuersum quæ-
dæ se à cōsequente, cum quo concordat, sed tamen sub eodē
genere vel specie naturæ comprehensum: vt, Amo laurū, &
ceteras arbores. Hinc infertur lautum esse arboreum, verū
à ceteris arboribus diuersam.

Relatiua diuersitatis sunt, alius, alter, reliquus, cetera, ce-
terum: ceter aut ceterus non dicitur. His relatiuis nunquam
vtetur, nisi ostendere velimus, antecedens eiusdem esse ge-
neris vel speciei cum eo, quod consequitur. Propterea caue-
dicas: Iudæi cruciferunt Christum inter duos alias latro-
nes: quia sic loquens dicit, Christum fuisse latronem.

Relatiuum accidentis quid.

Relatiū accidentis est, quod refert antecedens adiectiu-
m: vt, Sum albus, qualis est pater. Huiusmodi sunt, qualis,
quantus, quot, quotus, quotennis, quotuplus, quotplex,
cuius, cuias. Ponit hæc Priscianus, quorum tamen quædam,
nisi apud Grammaticos, nusquam legi. Heic rursus sciendū
est, relatiua accidentis ad datam regulam nō pertinere, quia
semper cum consequente concordant in genere, numero,
& casu: vt Catharina est pulera, qualis est eius filius, vel qua-
le est eius mancipium. Idem faciunt relatiua substantiae di-
uersitatis: vt, eorum definitio in dicat, & unum similitudi-
nis suus: vt, Trahit sua quenque voluptas. Publius Mimo-
graphus. Avarus ipse, miseræ caussa est suæ.

De relatio. Regula Oratoria I.

Quando relatio precedens subdis, eodem

Ponatur

RELAT. ET ANTECED.

Ponatur casu, quia verbo dantur eidem.

Quem scribo librum, bonus est, ornatius aio,

Quam librum quem: nam raro reperimus in vnu.

Quando relatiuum qui , quæ, quod , præponitur antecedenti, sic ut antecedens cum eodem verbo construatur, Latine, & eleganter in eodem ponuntur casu: ut, Quas ad me dedisti litteras, fuerunt elegantes & iucundæ. Quam legis historiam, est lepida. Terent. Quas credis esse has, nō sunt vere nuptiæ. Idem. Populo ut placerent, quas fecisset fabulas. Quintilianus. Non substineo eosdem expetere, ne quos porrexerim cibos, venena fiant. Ponit hanc regulam Valla, & doctissimi quique.

Si autem antecedens in eodem casu præcedat, erit quidem oratio figurata, minus tamen elegans & rarius apud probatos. Virgilius. Urbem quam statuo vestra est. Orator dixisset, teste Valla. Quam urbem statuo vestra est. Plautus. Naucratem quein conuenire volui, in naui non erat. Hanc orationem, & omnes huic pertinentes sic expone per expressionem alicuius subauditæ particulæ. Quem Naucratem conuenire volui, is in naui non erat. Idem. Patronus qui vobis fuit futurus, perdidistis. Ordinatio. Qui patronus vobis fuit futurus, eum perdidistis. Istam ordinationem tradit. Donatus.

De relatio Regula

Oratoria II.

Si referens ponas inter generum variorum

Casus, hancq; sequens fuerit proprium, dabis, ut vis.

Sin proprium fuerit, referens conforme sit illi.

Quotiescumque relatiuum qui , quæ, quod , ponitur inter casus diuersorum generum, & sequens fuerit nomen appellatiuum, poterit concordare cum utrolibet: si vero sequens sit nomen proprium , cuin eo concordabit. Prioris partis exempla. Cicero 1. de Leg. Animal plenum rationis & consilij , quem vocamus hominem.

Idem,

CONCORDANTIA

Idem. Quibus tandem gradibus Romulus in cælū adscendit, hisne, quæ isti appellant bona? Idem. Omnes tenues atque humiles, quæ maxinia in populo multitudo est, sibi præsidium paratum putant.

Ouidius.

Ante mare, & terras, & quod tegit omnia cælum,
Vnus erat toto naturæ vultus in orbe.

- Quem dixerat Chaos.

Posterioris partis testimonia. Salustius. Est locus in carcere, quod Tullianum appellatur. Sic dicimus. Est opus Ciceronis, qui Cato inscribitur. Inuenitur interdum relatiū conuenire cum præcedenti, licet sequens casus sit nomen proprium. Cicero. Propius à terra Iouis stella fertur, quæ Phæthon dicitur.

De coniunctis, & de interrogatio.

Consimileis optant casus coniunctio, querens,
Consimileisq; modos, si non regimen varietur.

Coniunctio, & quidquid coniungendi vim habet, petit simileis casus & modos: similiter interrogatiuum & responsuum eiusdem erunt casus. Prioris exempla. Maritus & vxor litigant. Publius. Aut amat, aut odit mulier, nihil est tertium. Superbus ambulat, quasi Rex. Vim coniungendi habent, quam, nisi, præterquam, sicut, quasi, velut, & plura.

Exempla posterioris partis.

Quis miscretur peccatoris? mitissimus Iesus. Quem tremunt Barathira? Iesum. A quo libertati sumus? Ab Iesu.

Estantis dicta carmine heroico.

Quis diues? qui nil cupiat: quis pauper? auarus.

Si non regimen varietur. Quando dictiones necessariò exigunt diversos casus, hæc regula non habet locum: ut, si interrogeris, Cuius est liber? respondebis, meus est, nō mei, si ad te pertinet. Quanti emisti? aureo. Accusaris furti, an homicidij? an de vtroque?

Annotatiuncula.

Ex his satis liquet, coniunctionem ex sua natura, nec simileis, nec dissimileis coniungere casus: sed quoscunque dictio regens exigit, illa etiam potest copulare coniunctio.

Notan-

RELAT. ET ANTECED:

Notandum est etiam, interrogativa & responsiva, quæ ea sibus carent, in casu conuenire non posse: vt, Vbi comedes? heic. Terenius. De ista rōgas virgine? ita. Plautus. Egōne istuc dixi? ita. Sie alibi s̄epius: licet Valla vult elegantius responderi per etiam.

Quid interrogatiuum.

Interrogatiuum, est rei dubiæ, vel tanquam dubiæ postulatiuum. Interrogatio, est rei dubiæ, vel tanquam dubiæ postulatio.

Regula apte respondendi.

Interrogatiuis danda sunt debita responsiva: vt, Quis es? Petrus. Quid es? homo. Qualis es? albus, niger, doctus, & similia qualitatem dicentia. Quantus es? bipedalis, & cetera quantitatem continuam significantia. Quotus es? primus, secundus, &c. Quot ludunt? tres, quatuor, &c. Qualem equum emisti? Valla dicit recte responderi oblongum, lato pectore, breui aluo: quia qualitas magis, quam certa quantitas significatur. Interrogatus, qualis es, si reddis homin, inepte loqueris.

DE REGIMINE.

Post concordantiam, de casuum regimine agendum est, & quidem hoc ordine, vt, si qua dictio diuersos regat casus, tota declaretur in priore casu, nec alibi repetatur, quo breuitati simul consulamus, & leuemus ediscendi laborem. Adspiret cœptis mitissimus Deus noster Iesus Christus.

Six sunt casus. Nominatiuus, Genitiuus, Datiuus, Accusatiuus, Vocatiuus, & Ablatiuus. De Vocatiui regimine, quia a paucis regitur particulis, in constructione nominatiui obiter pauca dicemus, vbi de Aduerbijs, & Interjectionibus agetur. Sunt qui ponant septimum casum, is in ablatiuo comprehenditur: & octauum, is sub datiuo continetur.

REGIMENTUM NOMINATIVI.

Nominatiuus in oratione vel regitur, vel ponitur absolute: vt, Dominus noster Iesus Christus, is est veritas. Regitur autem nominatiuus duobus modis: figuratè, & sine signo.

R E G I M E N

ta. Sine figura, à fronte & à tergo : vt, Ego vocor Ioannes. Figurate vero septem regit modis: per appositionem, per euocationem, per conceptionem, per prolepsim, per zeugma, per antiposim, per synthesin raro utendam. exempla videbuntur suo loco. Hæc præmittere placuit, quia præter alia commoda rationem aperiant, ob quam hæc figuræ à qui busdam ad finem syntaxeos reiectæ in constructione nominatiui trahentur.

Nominatiui. R E G U L A I.

Ante capit rectum persona conuenientem
Et numero, verbum quod personale vocatur,
Nec non finitum: rectum persæpe tacemus.
Sæpe loco illius quid pono. ne puer vni
Pluralem dones sermonem: non honor est hic.
At de me solo numerus dicetur veteris.

Omne verbum personale finiti modi regit ante se expressè vel subauditè eiusdem numeri, & personæ nominatiuum, vel aliquid pro nominatiuo : vt, Ego scribo, tu legis. Virgilius. Fama volat. Nos canimus. Ouidius. Tempora labuntur. Pluit, tonitruat. Publius. Deliberare utilia, moratissima est.

Vtiles annotatiunculæ in datam regulam.

Dixi personale verbum, quia impersonale ante se nominatiuum non recipit: vt, Statur, curritur. Pœnitet me peccati.

Dixi finiti modi, quia infinitius ante se non nominatiuum, sed accusatiuum recipit, nisi poëticè, vel historicè pro præterito imperfecto indicatiui modi ponatur. Terentius. Omnes mihi inuidere, & mordere clanculum : ego autem flocci penitere, id est, Omnes mihi inuidabant, & mordebant clanculum: ego autem flocci pendebam. Cicero. Hic Iudices ridere, stomachiati, atque acerbè ferre patronus, cauillam sibi cipi.

Dixi

N O M I N A T I V I .

Dixi vel subauditè, quia tribus modis nominatiuus ante verbum intelligitur.

i. In omni verbo primæ, vel secundæ personæ potest nominatiuus intelligi. Ouidius.

Et si quid faciam, nunc quoque queris: amo. Idem.
Venturæ memoræ iam nunc estote sene&tæ:

Sic nullum vobis tempus abibit iners.

Raro exprimitur prima persona, vel secunda, nisi fuerit emphasis, aut discretio: vt, Nos hominem accusauimus: vos damnastis. Emphasis, est figura altiorem præbens intellectum, quam quem verba per seipsa declarant: vt, O Maria tu aduocata nostra, tu intercessor, tu spes: quasi dicat, tu sola, aut simile quid. Aeolus ad lunonem.

Tu mihi quodcunque hoc regni, tu sceptræ, louenque
Concilias, tu das epules accumbere Diuum.

ii. In verbis tertiaræ personæ pluralis numeri intelligitur homines: veluti, Lolium, vt aiunt, facile crescit, difficulter perit. Sic ferunt, perhibent. Ouidius.

Teque ferunt iræ pænituisse tuxæ.

iii. In verbis exceptæ actionis intelligitur nominatiuus Deus, vel natura: vt, Pluit.

Quid verbum exceptæ, vel exente actionis.

Verbum exceptæ actionis est, cuius actus Deo, vel naturæ tribuitur: vt, Pluit, fulminat: quia solus Deus verè dicit, Ego pluo, fulmino, &c. no, hiberno, pro hiemæ facio. Apud poetas nominatiuus aliquando exprimitur.

Theocritus apud Philelphum.

Fidere Batte decet, melius cras forsitan habebis.

Sperandum est viuis, non est spes vlla sepultis.

Nunc pluit, & clarus nunc Iupiter æthere surgit.

Verba exceptæ actionis continentur his versibus Badianis.

Fulminat, atque tonat: ningit, pluit, atque choruscat:
Vernat & aestiuat: gelat, autumnatque hibernatque.

Hiber-

REGIMEN

Hibernat, quandoque tonitruat, atque pruinat:

Grandinat, & rorat: noctescit, siue diescit:

Lucescit, simul aurorat: conformia iunges.

Postremò adieci regulæ, vel aliquid pro nominatiuo.

Quinque enim modis ponitur aliquid loco nominatiui.

t. Infinitiuus sine casu: Cato. Legere & non intelligere, negligere est. Quicquid ponitur loco nominatiui, est genetivis neutri. Persius.

Scire tuum nihil est, nisi te scire hoc sciatur alter.

t. Infinitiuus cum accusatiuo ante se: vt, Tyrannos viuerre, non expedit Reip. Id dialectici vocant dictum.

t. t. Infinitiuus cum aliquo casu post se. Persius. At pulchrum est digito monstrari, & dicier hic est. Terent. Seni verba dare est difficile. Est p̄ij patris, pio succurrere gnato.

t. t. Appellatum: vt, Quod stndes, est tibi conducibile. Appellatum, est tota oratio uominatiui & verbi præcedente tali particula, quod, vt, ne, aut simili: Multò ornatiū per dictum, quā per appellatū loquimur: diligenter igitur discant pueri hoc in illud mutare, hac via. Gaudeo quod tu bene vales: Gaudeo te bene valere.

v. Quædam aduerbia funguntur nominatiui officio: vt, Partim virorum sunt otiosi. Martialis.

Cras te vieturum, cras dicis Postume semper.

Dic mihi cras istud Postume quando venit?

Sunt, qui dicunt distinctionem technicę, seu materialiter summatum pro nominatiuo ponit: vt, Aimo est verbū. Sed talis distinctione est verum nomen indeclinabile, neutri generis.

Vnum pluraliter non esse compellandum.

Ne puer vni pluralem, &c. Vni honoris caussa, nō est pluraliter loquendum: vt, Rogo te amice, venias ad prandium meum: non autem, rogo vos amice, vt veniatis. Sed de scipso potest quis tam pluraliter, quam singulariter loqui.

Quintil. Utinam hoc mihi fata præstarēt, vt residuum laborantis animæ in tuo poneremus amplexu.

De his Erasmus sic art. Si probatos Grammaticos audiimus, in prima persona mutatur numerus perspe aut modestia, aut festiuitatis, aut euphoniae gratia. In secunda, persona

NOMINATIVI

*Sona nunquam, nisi cum genus significamus, non personam.
In tercia inuidic causa, raro. Exempla primæ Personæ. Ci-
cero ad Brutum. Populo imposuimus, & oratores viisi su-
mus.*

O Melibæ Deus nobis hæc otia fecit.

De secunda lepidum est apud Nasonein exemplum.

Quæcunque æquor habet, quæcunq; pericula tellus,
Tam longæ caussas suspicor esse moræ.

Hoc ego dum stulte meditor, quæ vestra li-

Hec ego dum stulte meditor, quæ veit' libido eit,
Esse parat' ipso captus amore nosci.

Ecce peregrino captus amore potes.

Ad solum Ulyssem scribens Penelope, traxat heic totum vi
rorum genus. Exemplum tertix personæ. Terentius. Cum
ad uxores ventum est, tum fiunt senes. Nauisistrata vnum
Chreinetem per inuidiani senes appellat.

Appendix.

Quia inuité audiuntur, tu, te, tibi, tuus : ideo blandiūs poteris superiorem sic compellare. Oro tuam probitatem, dignitatem, paternitatem, beatitudinem, reuerentiam, gratiam, & cetera. Ne tamen pro tuus, vester ponas : quia intrinsecus plurale est . Præterea quando vni loquentes, ad plureis sermonem dirigimus, potest locutio esse pluralis.

Virgilius.

Vos ò Calliope precor adspirate canenti.
Compellat Calliope, ad omnes Musas sermonem diriges,
teste Landino.

Regula elegantiae.

Rectos si binos numerūm verbo variorum

Præponus, verbum quadrabit proximiōri.

Omnia pontus erat, dic: & domus antra fuerunt.

At vestes sunt lana, feras: est lana, caueto.

Verbum substantiuum positum post duos nominatiuos diuersorum numerorum, eleganter conformatur secundo nominatiuo. Ouidius. Omnia pontus erat. Idem. Domus antra fuerunt : singularis numeri est Domus. Tentius. Amantium iræ, amoris redintegratio est. Ouidius. Vesta.

R E G I M E N.

Vestes quas geritis, sordida lana fuit. Hęc tamen elegantia
sepe non obseruatur. Liuius. Captiuū militum p̄ræda fuerat.

At vestes sunt lana, &c.) Si verbum substantiuum ponatur
inter duos nominatiuos diuersorum numerorum concor-
dabit cum præcedenti : vt , Vestes fuerunt lana: non vestes
fuit lana. Sermones summi patris, sunt meditatio iusti. Ali-
quando fit contrà, vbi est, pro significat, poni videtur: vt, Pil-
ces, quos ceperunt Apostoli, est collectio fidelium.

Nominatiui principalis R E G U L A II.

Cum substante, vocans, & vim quod seruat eorum,
Si sit res eadem, post se rectum retinebunt.

Verbum substantiuum, verbumque vocatiuum, & eorum
vim habeutia, regunt post se nominatiuum, qui significatur
accipi pro eodem cum nominatiuo præcedente explicitè,
vel implicitè: vt, Deus est omnipotens. Vocor Ioannes. Co-
gnominor Despauterius. Plautus. Hic vigilans somniat. Po-
sterior casus non significatur accipi pro eodem : vt, Gladius
est Petri. Pater est Ioannis.

Annotatiuncula.

Vt verbum habet ante se aliquid vice nominatiui, ita etiā
post se: vt, Furari est peccare. Cicero. Magis isti seruiunt, si
obseruare seruire est, id, si obseruatio est seruitus.

Quid verbum substantiuum, & quot.

Verbum substantiuum est, quod alijs verbis substati in con-
iugando, vel resoluendo: vt, Lego, id est, sumi legens. Legor,
Iectus sum in præterito. Sum, vnicum est verbum substanti-
uum. Fio, substantiuum non est, vt uec exto, & existo: de qui
bus lege Laurentium Vallam.

Vim substantiui verbi habentia.

Triplicia verba habent vim verbi substantiui. Primò pas-
siva, quorum actua regunt duos accusatiuos pro eadem re
acceptos: vt, Crederis diues, quia dicimus, credo te diuitem.
Sic habeor, iudicor, aestimor, fio doctus. Sallust. Virtus clara,
æternaque habetur. Ouidius.

Quæritur, Aegistus quare sit factus adulter.

In promptu causa est: desidiosus erat.

Secun

NOMINATIVI.

Secundò, multa verba neutra, veluti eundi, manendi, vi-
uendi: vt, Concedo domum potus, id est, eo. Ouidius. Victa
iacet pietas. Virgilius. Ast ego, quæ Diuum incedo Regina,
Iouisq; Et soror, & coniux. Incedere est cum fastu, & magno
apparatu ire. Seneca. Tenero, ac molli passu gradum suspen-
dimus, nec ambulamus, sed incedimus. Sedes tristis, curuus,
& ere&tus. Viuo inops. Euado doctus. Dic etiam: Euado in
doctum virum.

Tertiò, plurima alia verba actiua, deponentia, quorū non
constat certa regula: vr, Audiui hoc puer. Feci inuitus: me-
liùs, quā inuite. Nudus egressus sum de vtero matris, nudus
reuertar. Huiusmodi nominatiui eleganter ponuntur pñne
pro aduerbijs.

Appendix I.

Factus, habitus, creditus, & similia ab huius farinæ verbis
participia, post se cupiunt casu in, quem ante se habent, adeò
vt etiam si ipsa vocatiui casus fuerint, vocatiuos casus post
se copulent.

Propertius.

Leetule diuitijs facte beate meis. Catullus.

Ruse mihi frustra nequidquam credite amici.

Appendix altera.

Quotiescumq; participium verbi substatiui, vocatiui, vel
vim eorum habentis, ponitur inter duo substantiua, concor-
dabit cum præcedente: vt, Petrus est factus mancipium. Si
verò utriusque postponatur, conforme erit utrilibet. Linius
sesto decadis quartæ. Ludos Megalesia appellatos. Idem li-
bro nono decadis tertiae. Ludi fuerunt Megalesia appella-
ta.

Cicero.

Video amicitiam nostram inimicitias modò factas.

Quid verbum vocatiuum, et quot.

Verbum vocatiuum est quiddam generale, quod per rei
nomen, præsertim propriū, aliquando etiam commune de-
terminatur: vt, Vocor Ioannes. Studiuni sapientie, quæ phi-
losophia appellatur. Quinque sunt verba vocatiua: nuncu-
por, appellor, vocor, dicor, nominor. Eorum actiua regunt
duos accusatiuos, qui significantur ad eandem rem pertine-
re. Publius. Timidus vocat se cautum, parcum sordidus. Vo-

R E G I M E N.

catiuorum verborum vim habent, cognominor, agnominor, inscribor, salutor, baptizor, arguor, &c. vt Cognominor Scipio, Agnominor Africanus. Horatius in Arte.

Descriptas seruare vices, operumq; colores,
Cur ego, si nequeo, ignoroq;, poëta salutor?

Appendix.

Septem modis poteris exprimere, Qui vel qui vocaris:
Vocor, dicor, nominor, appellor, nuncupor Petrus.

Est mihi nomen Petrus. Et mihi nomen Petri. Plautus.

Nomen Nercurij est mihi.

Est mihi nomen Petro. Hic est elegantissimus.

Habeo nomen Petrus. Ouidius. Laetitia nomen habet.

Habeo nomen Petri. Auctor Seruius.

Habeo nomen Petrum. Idem auctor est. Sic dicimus: Facio, impono, indo tibi nomen Ioannes, Ioannis, ni, nem.

Appendix de infinito Esse, & similibus.

Esse pares optat casus. sed non male dices:

Huic licet esse probum: loquitur sic Quintilianus.

Esse, & alia à verbis utrinque nominatiuum habentibus infinita, copulant simileis casus explicitè, vel implicitè, qui significantur accipi pro eodem. De nominatiuo: vt, Petrus cupit esse doctus. De genitiuo: Misereor Ioannis cupientis esse docti, cui deest ingenium. De datiuo: vt, Licet mihi esse Sacerdoti. De accusatiuo: vt, Audiui Ioannem esse doctum. De ablatiuo: Vtor familiariter Ioanne cupiente esse docto.

Cato.

Sperne repugnando tibi tu contrarius esse. Claudianus.

Natura beatis omnibus esse dedit, si quis cognoverit uti.

Terentius. Apparet hunc seruum esse domini pauperis.

De genitiuo, & ablatiuo Grammatici sibi exempla fingunt, apud auctores enim vix reperiuntur,

Annotaciuncula.

In dictis copulantur similes casus explicitè: in sequentiibus nominatiui & accusatiui implicitè. Terentius. Hei mihi, disce esse pater ab his, qui verè sciunt. Tibi placet euassisse diuitem: subauditur, te. At si dicas tibi placet euassisse diuiti, nihil subaudies. Præstat viuere pauperem, quam

NOMINATIVI.

quām iniustē diuitem: venustē subauditur generalis accusatius, aliquem.

De nominatio, & obiter de alijs casibus figuratē constructis.

Figura est aliqua arte nouata dicendi forma: vt, Miratur molem Aeneas magalia quondam, figuratē dixit: Virgilius, Dic molem, quæ fuit magalia quōdam, figura non erit: quia nihil arte nouatum, nihil à primū se offerente ratione remotum

Figura est triplex: Dictionis, Locutionis, Constructionis.

Dictionis figura est, quæ fit in dictione. Quatuordecim figurarum dictio, vt summatim dicam, hęc natura est, vt dictio vel augeat: veluti Prothesis, epenthesis, paragoge, ecclasis, diaeresis: vel minuant, vt Aphoresis, syncopa, apocope, systole, syneresis, ethliplisis, synalcephe: vel inuentant eius elementa: vt, Antithesis, metathesis. Vnde Græco nomine metaplasini, hoc est, transformationes vocatur. Ecclasis verò non auget dictio syllaba, sed tempore. Ita systole non minuit dictioenī syllabam auferens, sed tempus. Virgilius.

Obstupui, steteruntq; comæ, & vox faucibus hæsit.
Insteterunt artificiosissimè penultimam corripuit, vt subi-
tum terorem magis exprimeret.

Figura locutionis est, quæ circa loquendi aliquem modum, non circa congruitatis regulam versatur: vt, Sine Cere, & Baccho friget Venus, est Metonymia: quia inuentor, pro inuento, capitur.

Figura constructionis est, quæ circa grammaticas cōstruc-
tiones versatur. Et sunt octo. Apposito, euocatio, syllepsis, vel eōcepsio, prolepsis, zeugma, antiposis, synthesis, synechdoche. De haec ultima in constructio genitiui, com-
modior erit dicendi locus.

Apposito.

*Apponens coniunge pari casu duo fixa.
Esto res eadem, declaratumq; p̄eito.*

R E G I M E N

Si duo nomina substantia, ad eandem rem pertinentia coniungantur sine coiunctione, erunt eiusdem casus, precedente declarato per appositionem: vt, Fratres gemini, fluuius Rhenus, vrbs Roma, arbor morus, mensis Augustus. Dico declaratum debere praecedere, ex sententia Quintiliani dicentis lib. i x. Quædam ordine permutato sunt superuacua: vt, Fratres gemini: nam si praecesserit gemini, fratres addere non est necesse. Hæc Quintilianus, secundum cuius præceptionem ineptè dicitur gemini fratres, Rhenus fluuius, Roma vrbs, &c. Sed notandum est Quintilianum magis ostendere, quid ars exigat, quam quid obtinuerit versus probatissimorum virorum, qui frequenter ordinem illum substantiuorum in appositione non seruant. Cicero. Procles & Charistenes Lacedæmoniorum Reges, gemini fratres fuerūt. Sueton. Rheni fluminis. Titus Liuius. Prope Thybrim fluuiuni.

Quid Appositio.

Appositio, est sine coniunctionis medio substantiuorum ad eandem rem pertinētiū in eodem casu positio: vt, Vrbs Roma. Horatius.

Et genus, & formam Regina pecunia donat.

Annotatiunculae.

Si dicam, Maria & mater, & virgo sanctissima, coiunctio nec iuuat, nec impedit appositionem, sed solū ponitur propter duo vni connectenda. Verū cùm dico, fluuius & Rhenus: vrbs & Roma, non est appositiō.

Gentilia, siue patria nomina, vt Romani, Itali, Galli, Sulmonenses, Insubres, pene sunt substantia: ideo inter huiusmodi apud Titum Liuium, & alios optimos auctores sæpè inuenies appositionem: vt, Ager captus de Gallis Boijs fuerat. Heic nota obiter, quod non solū gentilia, siue patria nomina non sunt plenē adiectiva, verum etiam numeralia, pro nomina, syncategoremata, veluti omnis, & nullus, & certa: quia alijs adiectiuis rite maritantur: vt, Multi albi homines, Quinque fatuæ virgines. Virgiliius.

Aurea mala decem nisi, cras altera mittam.

Substantia in appositione duobus modis possunt esse diuerso-

NOMINATIVI.

uersorum numerorum. Priore, vbi alterum alterius nūmero
caret: vt, Vrbs Athenæ, Pisces signum, quoniam duo sunt.
Virgilius. Corydon ardebat Alexim, Delicias domini. Poste
riore, vbi alterum est collectiuuni. Ouidius.

Turba ruunt in me luxuriosa proci. Idem.

Quid meruere boues animal sine fraude, dolisque?
Animal heic collectuum est. sic apud Iuuenalem.

- quanta est gula, quæ sibi totos

Ponit apos animal propter coniuia natum.

Tribus de caussis fit appositio. Primò, caussa restringendæ
generalitatis: vt, Vrbs Gandaū, arbor laurus, mēsis Iunius.

Secundò caussa remouendæ æquiuocationis: vt, Leo signū
ardet. Plinius. Lupum pissem non vidit Italia. Aequiuocum
est polysemum, hoc est, dictio diuersa significatione multa
significans: vt, canis.

Tertiò fit caussa attribuendæ proprietatis: vt, Plato ho-
mo doctissimus.

Appositio declaratur per participium ens: licet parum sit
in viu, tesse Prisciano: vt, Diligo Petrum hominem iustum.
id est, Petrum entem hominem iustum. Istud monuisse est
utilessimum: nam hic, Voco te Ioannem: Facio Petrum sacer-
dotem, non est appositio, quia non intelligitur ens: neque
in hac oratione, Dedit filium pretium mundi, vbi intelligi-
tur præpositio in.

Duo millia viri, dicunt esse appositionem, nec repugno,
quia sic exponendum est, viri entes duo millia. Eodem mo-
do resoluendæ sunt Ecclesiasticorum orationes, Ex tribu
Dan Duodecim millia signati, Debebat decem millia talen-
ta. Auctor est Laurentius Valla: qui tamen maluisset dicere,
Duodecim millia signatorum, Decem millia talentum. Sed
eiusmodi locutiones frēquentiores sunt classicis scriptori-
bus, quā ille putauit. Plinius lib. xiiii. cap. vii. Ancus Mar-
tius Rex salis modia sex in illia in congiario dedit populis.
Iust. Trecentis millibus mulieribus. Liuui. Duodecim mil-
lia pedites. Cicero. Tritici modios quinq; millia. Virgil. Tot
millia gentes arma ferent Italę. Malè ergo scripsit Georgius
Valla, millia aliquando adiectuum esse, non animaduertens
in exemplis citatis, substantiua appositorie coniungi.

R E G I M E N

Euocatio.

Si ternan primæ des, totum sit tibi prime:

Siq; secundæ des ternam, totum esto secundæ.

Pauper ego canto. **L**uca vir maximus audi.

Quando immediatè primæ vel secundæ personæ iungitur tertia, tota oratio est primæ vel secundæ personæ: vt, **E**go pauper canto: tu diues trepidas.

Dico immediatè, quia in euocatione nō potest intercedere coniunctio: estq; hæc figura appositiō quædam: exigit enim & personas ad eandem rem pertinentes, quarum euocans ab euocata declaretur: & præterea resoluti potest per ens, vt appositiō: veluti, **E**go pauper nil rimeo, id est, ego ens pauper, aut qui sum pauper. Defende me tu vir oprimus. **T**acitū tu homo inperitus, ens subintelligitur, teste **Valla**, ill. **Elegant. Lib.**

Quid sit Euocatio.

Euocatio, est continua tertiarum personarum ad primam vel secundam reductio: vt, **E**go Ioannes sedeo. **V**irgilius. Non omnia possumus omnes.

Quatuor sunt necessaria in euocatione: Persona euocans, persona euocata, absentia cōiunctionis, & verbum personarum euocanti conforme. Persona euocans est prima vel secunda persona: Sola tertia est euocata.

Duplex est Euocatio: explicita, & implicita. Explicita est, vbi persona euocans cum euocata exprimitur: vt, **E**go Petrus scribo. Tu Paulus ludis. Titus Liuius. Audi tu populus Alba-nus.

Implicita est, vbi persona euocans subauditur: vt, Peccatores te rogamus, audi nos. Aue Cæsar summus Imperator.

Horatius.

Decipimur specie recti pars maxima vatum. **O**uidius.

Si qua voles aptè nubere, nube pari.

Cicero. Omnes trahimur & ducimur ad scientiam cupiditate gloriæ.

Persona euocans & euocata, quatuor modis possunt esse diuersorum numerorum.

I. Vbi

NOMINATIVI

- I. Vbi idem de se pluraliter loquitur: *vt, Nos Carolus diuina gratia Francorū Rex mandamus.* Eiusmodi tamen orationes sunt in usitatē scriptoribus probatis.
- II. Vbi alterum singulari numero caret, aut saltem heteroclitum est: *vt, Ego delitiae rūze canto.*
- III. In collectiuis. *Ouid Populus superamur ab uno. Vix quē viro. Sensus est, nos populus superamur, &c.* Plinius. Pars magna studiorum amoenitates queriuntur. Virgilius. *Nos tua progenies, cœli quibus annuis arcem, Prodimus.*
- III. In distributiuis. *Ouid. In magnis lēsi rebus vterq; sumus. Persona euocans nos intelligitur: quia sensus est, Nos vterque sumus lēsi: nisi malis sic ordinare, Nos sumus lēsi, vterque in magnis rebus.*

Conceptionum parafœce.

*Quæ per, & aut socias iungo, dant rite valorum
Pluralem: sic cum, pro coniungente repostum.*

Copulatum per coniunctionem, per præpositionem cum, pro &, valet sacer dictioñem pluralis numeri: *vt, Ego & tu, id est, nos: tu & iste, id est, vos.* Petrus & Ioannes, id est, illi. Ideo verbum, vel adiectiuum, aut relatiuum erit pluralis numeri: *vt, Ioannes & Petrus ludunr, quos video.* Virgilius & Ouidius sunt docti. Exemplum de cum. Apuleius. Postquam finitum est illud Paridis iudicium, Juno quidem cum Minerua tristes & iratis similes à scena redeunt, indignationem repulsa gestibus professæ. Ouidius.

Ilia cum Lauso de Numitore sati.

Nota quod coniunctio aliquando intelligitur per asynteton. Terentius. *Dum ætas, metus, magister prohibebant.* Quandoque multiplicatur per polysyntheton: *vt, Et ego & Petrus & Paulus currimus.*

Conceptionis regula.

*Personam atque genus semper dabimus magis digno:
Prima quidem reliquis præstat, tenueratq; secunda.*

Mausculeum reliquis præstat, neutro muliebre.

Copulatum æquipollens vniplurali, est eius personæ, aut generis, cuius est pars dignior, per conceptionem. Ex-

R E G I M E N

emplum de persona: Ego & tu est primæ personæ, quia ego est pars dignior: ideo dicemus, Ego & tu disputamus. Exemplum de genere: Petrus & Anna est masculini generis, cuius est pars dignior copulati, Petrus: ideo dicemus per adiectiūnū masculini generis, Petrus & Anna sunt pij.

Prima quidem reliquis præstat, &c.) Prima persona dignior est secunda & tertia: secunda vero solum tertia. Concepit ergo prima secundam & tertiam: secunda tertiam tantum. Tertia persona, ut indignior, nunquam concipit.

Masculeū reliquis præstat, &c.) Masculinū genus dignius est feminino & neutro, quæ ab illo concipiuntur. Femininū superat, & cōcipit neutrū: ut, Lena & scortū sunt impudieç.

Quid Syllepsis, siue Conceptio.

Conceptio, est mediata indignioris ad dignius reductio: ut, Ego tuque damus.

Quinque in Conceptione sunt necessaria: dictio cōcipiens, dictio concepta, copula, verbum vel adiectiūnū, concordantia cum dictione concipiente & non concepta.

Conceptionis quatuor sunt species: personarum, generū, cūmerorum, casuum.

Conceptio personarum.

Conceptio personarum est, in qua persona à persona concipitur: ut, Ego tuque damus. Et est duplex: directa, & indirecta. Conceptio directa est, quæ fit sine cum: ut, Tu & Petrus Iuditis. Indirecta est, quæ fit per cum præpositionem personæ concipienti adiunctam: ut, Tu mecum gaudemus. Virg. Diuellimur inde Iphitus & Petias mecum.

Conceptio generum.

Conceptio generum est, in qua unum genus cōcipit alterū: ut, Pater materq; sunt boni. Ptolemycus & Cleopatra sunt Reges. Conceptio generum est duplex: explicita, & implicita. Explicita est, in qua genus conceptum & concipiens exprimuntur: ut, Ioannes eiusque virorū sunt pij. Misereor Ioannis & Catharinæ pauperrimorū. De syllepsi implicita hi sunt versus.

Conceptio generum implicita.

Implicitān voces generum Syllepsis. Ut erq;

Est

NOMINATIVI

Est probus. at debent mas & femella notari.

Conceptio generum implicita est, quando de viro & feminâ loquimur, non expressis concipiente & concepto: vt, Vterque est probus: de Petro, eiusque v xore, Vterque parentum tuorum est mortuus. Quis fecit? Aliquis fecit. Nullus homo currit Semper oportet loqui de viro & femina: alioquin nulla esset figura in Genesi. Erat vterque nudus: de Adam & Heua dicitur. Virg. De Cupidine, & Venere.

Vna dolo Diuuni si feminâ vieta duorum est. Ouidius. Nubere si qua voles, quamvis properabis ambo,

Differ: habent parux coimoda magna moræ.

Conceptio generum implicita fit quinque modis. Primo per distributiuū: vt, Vterq; est probus. Null' homo est Grecus. Secundo, per particulare: vt, Alter horum loquitur. Ter tio, per demonstratiuū: vt, Hi sūt Christiani. Quarto, per questioniuū: vt, Quis horū mētitur sexū? Quinto, per substantiuū: vt, Latona peperit geminos, scilicet, Appollinem, & Dianā.

Conceptio casuum.

Conceptio casuum est, in qua nominatiuus tertiae personæ concipit ablatiuum mediante præpositione cuin. Virg. Remo cū fratre Quirinus iura dabunt, id est, Quirinus & frater Remus. In huiusmodi orationibus: qualis est, Ego tecum ludimus, magis est personarum conceptio, quam casuum; ideo dixi, nominatiuus tertiae personæ.

Conceptio numerorum.

Conceptio numerorū est, vbi plurale concipit singulare: vt, Petrus & isti ludūt: sic dicunt plurimi, sed Aldus affirmat plurale debere præcedere: vt, Sunt nobis mitia poma, Castaneæ molles, & pressi copia lactis: alioquin fieri zeugma ait.

In conceptionem generum annotatiuncula.

Vix bene dicitur: Calamus & papyrus sunt studio necessarij: quia in conceptione generum copulatum debet significare res animatas: sin minus, adiectiuum ei dabitur neutri generis, per regulam indifferentiæ.

Regula indifferentiæ.

Sunt res absq; anima, ponetur mobile neutrum.

Quo-

R E G I M E N

Quotiescumque substantiua rerum inanimatarum cuiuscunq; generis coniungūtur ad adiectiuū, vel deinōstratiuū, vel relatiuum plurale, ipsum erit neutri generis ferè semper: vt, Penna, & atramentum sunt scribenti necessaria. In sacris. Virga tua & baculus tuus ipsa me consolata sunt. Lunā & stellas, quæ tu fundasti. Cicero. Eadem mente comprehen dimus colorem, saporem, odorē, sonū, quæ nunquā animus cognosceret. In promouendis ætas, maturitas, grauitas nostrum, & litterarum scientia sunt inquirenda. Titus Liuius. Labor voluptasq; dissimiliua natura, societate quadam inter se naturali sunt innexa. Dixi ferè semper: quia quando res sunt inanimitatæ, fit aliquando conceptio generū, sed rarissimè. Lucan. Hinc leges & plebiscita coacte. Cicero in Somn. Scip. Concilia cœtusq; hominum iure sociati, quæ ciuitates appellantur. Loquitur ita sine dubio Iustinianus lib. ix. Misericordia in eo & perfidia pari iure dilectæ.

Fit & implicitè indifferentia regula, veluti vtrunque est homini vtile, scilicet aqua & ignis. Similiter vbi nō de multis loquimur, sed multa vni conuenire significamus. Plaut. Vtrunque hæc & multiloqua & multibiba est anus.

Prolepsis.

In parteis totum partitur rite Prolepsis

Cum verbo positum. tacitam quandoq; videbis.

Propter totum cum verbo vel adiectiuo cōgruè construētū, in partibus verbū vel adiectiuū eleganter intelligitur per Prolepsim, quæ Latinè præsumtio dicitur: vt, Noluerūt venire, sed abierunt: vnum in villam suam, aliis ad negotiationes suas. Vidi duos Angelos: vnum ad caput, alterū ad pedes. Petrus & Paulus sunt admodum periti: hic pilæ, ille aleæ. Totū est dictio pluralis numeri: vt, Homines: aut copulatiū: vt, Petrus & Paulus: aut dictio collectiua: vt, turba, populus.

Quid Prolepsis.

Prolepsis, est attributio proprietatis toti diuiso in suas partes, quæ totius proprietatem vario modo continent: vt, Omnes student: hic scientiæ, ille pecuniæ, aliis Veneri. Totum est omnes, cui attribuitur proprietas student, quæ in partibus, hic, ille, aliis, vario modo continetur. In hac definitio-

NOMINATIVI.

ne Sulpicii, nomen attributio regit datiuum sui verbi.

In prolepsi sunt quinq; necessaria. Totum, partes, determinaciones partium, proprietas, & ordo. Proprietas, est verbum vel adiectivum. Ordo in eo consistit, ut præcedat totū, & partes sequantur.

Duplex est prolepsis: explicita, & implicita. Implicitam indicat posterior versus, eamq; vocat tacitani.

Prolepsis explicita est, in qua totum & partes exprimuntur: ut, Duo homines adscenderunt in templum: unus Pharisaeus, & alter Publicanus.

Implicita est, in qua totum intelligitur, vel partes in adiectivo continentur: ut, Alter alterius onera portare: totum vos intelligitur in portare, & partes continentur in alter. Salustius. Cœperunt se quisque magis, magisq; extollete. In sacris. Vana locuti sunt, unusquisque ad proximum suum. Ad Galatas. Quod si alius alium vicissim mordetis, & deuoratis, videte, ne vicissim alius ab alio consumamini.

Zeugma quid.

Vnius est verbi ad diuersa reductio Zeugma,

Aut adiectui . nihil heic nisi carmina desunt.

Iratus Rex est, Reginaq; non sine causa.

Zeugma, est vnius proprietatis ad diuersa reductio: ut, Carus est panis & vinum Ego sicut fenum arui.

Dicitur Zeugma à syllēpsi. In zeugmate vna proprietas diuersis tribuitur: vni expressè, alteri subauditè: ut, Iratus est Rex, & Regina. In syllēpsi proprietas pluribus tribuitur simul: ut, Rex & Regina irati sunt.

In zeugmate quinque sunt necessaria: proprietas, duo substantia, coniungens, & concordantia proprietatis, cum uno expressè, cum altero intellectè.

Tres sunt zeugmatis species: hyperzeugma vel protozeugma, mesoziegma, & hypozeugma , vel hysterzeugma: Latinè zeugma à superiori, zeugma à medio, zeugma ab inferiori.

Protozeugma est, in quo verbum vel adiectivum ponitur in principio: ut, Eruuit signa in Sole & Luna, & in terra pressura gemitū. Beatus vēter, qui te portauit: & ubera, quę suxisti.

Meso-

R E G I M E N

Mesozeugma, est in quo verbum vel adiectiu[m] ponitur in medio. Cornelius Tacitus. Mediocres poëtas nemo nouit, bonos pauci. In sacris. Si radix sancta, & rami, Cæli mouendi sunt, & terra.

Hipozeugma, est in quo proprietas in fine ponitur. Virgilius. Nihil heic nisi carmina desunt. Terentius.

Vtinam aut hic surdus, aut h[ec] muta facta sit.

Antiptosis quid.

Antiptosis erit, pro casu ponito casum.

Antiptosis, est casus pro casu positio sub aliqua proprietate. Pompeius apud Nonium. Quot lætitias insperatas modò mihi irrepsero in sinum: pro lætitia insperata. Nauius. Res vis hanc priuari pulcras: pro rebus pulcris. Sallustius. Multi, qui de castis processerant, amicum alij, pars hospitem, aut cognatum reperiebant: pro multorum. Persius. Cent foremūe tuum vel quod Trabeate salutas: pro Trabeatus, teste Prisciano. Plautus. Habet gladium, sed duos: quibus altero te occisurum ait, altero villicuni: quibus, pro quorum. Virgilius.

Forte ratis celsi coniuncta crepidine saxe,
Expositis stabat scalis & ponte parato:
pro datiuo crepidini, teste Seruio.

Antiptosis pro ratione habet auctoritatem: proinde nobis eiusmodi orationes non sunt initandæ. Est tamen Antiptosis quædam adeò ab oratoribus usurpata, ut nulli sit vietanda: veluti, Id genus, pro eius generis. Omne genus, pro omnis generis. Dicimus etiā venustè: Quibus in extremis, pro in quorum extremo.

Synthesis.

Synthesis haud vocem, sed cernit significatum:

Rem magis adspiciunt, quam vocem sepe poëtæ.

Synthesis, est attributio proprietatis vni, vel pluribus copulatis, quod sit non gratia vocis, sed significati: ut, Pars in frusta secant, id est, aliqui. Hanc figuram apud oratores vix vñquain reperies: sed familiaris est poëtis, & historicis: præcipue tamen poëtis.

Synthesis est triplex: adiectivi & substantivi, relatiui & antec-

NOMINATIVI.

antecedentis, nominatiui & verbi.

Synthesis inter adiectiuum & substantiuum, relatiuum & antecedens quinis fit modis.

Primo, ratione discernendi sexus. Plautus. Audiui sape hæc vulgo dicier, solere elephantum grauidam perpetuos decem esse annos. De relatio, ut si quis dicat, Anler quæ incubat ouis.

Secundo, ratione subauditionis: ut, Preneste sub ipsa, sub audi, vrbe. Rex est Carnoti, quæ est pulcra, scilicet vrbs.

Tertio, ratione collectiui. Cornelius Tacitus. Magna pars sauciij, aut palantes in montem Vocetiuin perfugere. Apuleius. Vulgus ignobile, quos.

Quarto, ratione distributionis. Ouidius. Vtraque formosa Paridi potuere videri. Terentius. Si quisquam est, qñ placere se studeat bonis Quām plurimis, in his poëta nomen profitetur suum.

Quinto, ratione abstracti pro concreto positi. Terentius, Scelus postquām ludificatus est virgineni: ad rem resperit, teste Donato. Idein. Vbi illic est scelus, qui me perdidit. Scelus, id est, plurimum scelestus.

Synthesis in nominatio & verbo fit duobus modis. Prior, ratione collectionis. Stat. En vtraque gentis turba rogat. Posteriore, causa, distributionis. Sallustius. Vterq; insaniūt, Ouid. Quò ruitis: vestras quisque redite domos.

Aduerbia & Interiectiones.

En, ecce, hem, primum quartumq; aliquando requirūt.

Heu petit & quiutum, velut ô. hei, v̄xhq; datiuum.

Prō primum, quartum, quintumq; notatur habere.

Hæc aduerbia demonstrandi, en, ecce, hem, petunt post se nominatiuum, vel accusatiuum. Cic. Ecce tibi status noster. Terent. Hem astutias. Heni comicum est, non oratoriū. En sepe exprobratis. Ponuntur & sine casu, & tunc ecce ferre vtimur, vbi quid ex improuiso fieri significamus.

Heu petit & quintū, velut ô.) Heu & ô petunt post se nominatiū, accusatiū aut voctaiū. Plin. Heu dementia, allatoris aduentus semper est gratus. Cic. O variam, volucremq; fortunam. Idem. O magna vis veritatis, quæ contra homi-

num

REGIMENTUM

num ingentia, calliditatem, solleritiam, contraq; fides omniū insidias, facile se per seipsum defendit. O seruit omni affectui, teste Valla: & pulcre subauditur, quando affectus est parum vehemens. Cic. in Antonium. Indignū facinus, & hominem nequam. Et hui lenioris caloris est interiectio, petens accusatum. Terentius. Hui tam graues rastros quæso.

Hei, vñh q; datiuum.) Dux interiectiones, hei & vñh, regunt datiuum post se. Virg. Hei mihi, qualis erat. Martialis. Vñh tibi caussidice. Vñh quoque cum accusatio antiqui posuerunt.

Prō primū, &c. Prō interiectio dolētis, vel indignantis, & aliquando admirantis, construitur cū nominatiuo, accusatiuo, vocatiuo: vt. Prō dolor. Plautus. Prō sancte Iupiter, quid video. Terent. Prō Deum, atque hominum fidem. Georgius Valla adspirauit proh, vegetioris soni gratia.

*Regimen nominatiui, et obiter aliorum
implicitum.*

Cuiusuis tacitam do casus s̄epe regentem.

Supprimit orator, que rusticus edit ineptē.

Dictio regens tam nominatiui, quām aliorū casuum, aliquando etiā dictio recta eleganter subauditur: vt Gloria tibi Domine. Difficile bonum esse. Difficilia, que pulcra. Exemplū vbi subauditur dictio recta Vocor Ioannes. Cic. Quod in tabulis, quæ sunt ad Opis, patebat. Titus Livius. 4. ab Linteis libris ad Monetæ inuentis: subauditur templum. Urb. in Difficile esset omnes subintelligendi modos enumerare: plurimos frequens offeret lectio. Hoc nobis obseruandum est, quod quotiescumque subauditio obscuritatem nō parit, ornatè multa subticemus.

Regimen Genitiui. REGVLA 1.

Si duo continuē iungantur fixa, nec una

Sit res, in patrō rectē casu dabis vnum.

Omne nomen substantiuum regit alterum substantiuum in genitiuo, si ipsa pro diuersis significantur accipi, coniunctione nec explicitē, nec implicitē intercedente: vt, Ager Petri, Facundia Cicronis, Biantis dictum, Valere corpo;

GENITIVI.

corpo; naturæ munus est , Dinitiæ dantur à fortuna, Sa-
pientia animi bonum est, Summa summarum, apud Pliniū,
Liber illius, quia pronomen primitiæ speciei fungitur of-
ficio nominis substantiui.

Elegantie Regula.

Quoties loquendum foret per quis, quæ, quod, nultus,
is, minor, tantus, quantus, & alia non nulla adiectiua, venustè
adiectiuum in neutro genere substantiium efficiemus, mu-
tantio prius substantiuum in genitium, priore seruato nu-
mero. Quæ cauſa, quid cauſa: multa pecunia, multū pecu-
nię. Nullus, in nihil vertitur: vt, nullus loc⁹, nihil loci. i'laute
Neque habet plus sapientiæ, quam lapis, Iuuenal.

Quantum quisque sua nūmorum seruat in arca,

Tantum habet & fidei. Heratius.

Sed tacitus pasci si posset coruus, haberet

Plus dapis, & rixæ multò minus, inuidiæq;.

Pulcerrimū est: Id téporis, pro eo tépore: id etatis, pro ea etâ
te: id locorū, pro eorum locorum. Neq; hoc regimēn solum
nominatiuo, aut accusatiuo sit. Valerius Maximus. Fuerat
eodē loci. Idem. Multo iam noctis serum auxilium venit.

Aliquando, id, pulcrè subauditur. Mela. Quod terrarum
iacet à freto ad ea flumina, ab altero latere Africā vocamus,
ab altero Europen.

REGULA II.

Temporis, atque loci, quantiç; aduerbia quædam
Hunc optant casum. dic, venimus illius ergo.

Quædā aduerbia temporis, loci, & quantitatis regunt ge-
nitium, téporis: In Isaia, Nunc temporis nubes pluāt iustū.
Terent. Tum temporis, &, Intere à loci, id est, téporis. Pridie
illius diei. Postridie Diuæ virginis. Dicimus etiam pridie
Calendas, postridie Nonas: & tunc intelligi videtur præpo-
sitio ante vel post, cuius virtute accusatiuum habent.

Loci: Vbi uis gentiū, nusquam gentium, vnde gentiū,
ibi terrarum: in quibus gentium & terrarum solum ornatus
gratia ponuntur. Cicero. Tu autem abes longe gentium. Cæ-
sar, Eò discordiæ ventum est. Valde elegans locutio, pro
ad eam discordiam. Sic, Quò miseræ venimus? Perthus.

C

Huc-

R E G I M E N

Hucceine rerum venimus?

Quantitatis: Satis eloquentia, affatim lignorum, partim
hominum. Ouidiana Helena ad Paridem.

Nec tibi plus eordis, sed magis oris in est. Plautus.

Virtute ambire oportet, non fautoribus.

Sat habet fautorum semper, qui recte facit.

Cave dicas paruum vini, sed parum: nec in agnum oris, aut
maiis oris, sed in ultimum & magis. Vbi enim aduerbia sunt
quantitatis, nominibus neutri generis genitium vix da-
mus. Ergo aliquando aduerbium est, teste Seruio, cum geni-
tio. Virgilius. Illius ergo venimus.

De mei, tui, sui, nostri, vestri. R E G U L A III.

Possessuum spernit patrum, quo passio fertur,
Filius ergo mei ne dixeris: at meus inque.

Nomen significans rem possessam, vel habitam, non po-
test pro possidente vel habente regere genitios passiuè
significates mei, tui, sui, nostri, vestri: vt, de filio quē habeo,
non licet dicere, Filius mei: nee de agro, quem habes, ager
tui: similiter non licet dicere, ager nostri, ager vestri, liber
sui. Quia mei, tui, sui, nostri, vestri non significat possesso-
rem, sed passiuè rem, de qua, aut in quā aliquid habetur: vt,
Amor mei, id est, amor, quem quis habet in me, non quem
habeo, nisi eum habeam erga meipsum. Ouidius. Vror amo
re mei. Notandum est ergo, quod veteres dicebant, filius
mis, tis, sis, nostrum, vestrum: nam hi genitiui auctiue signifi-
cabant. Nunc mis, tis, sis, non sunt in usu. Nostrum vestrum,
ferè partitiue ponuntur. Ideò per possessua loquemur. Fi-
lius natus, tuus, suus, noster, vester, quæ auctiue & possessiuè
sumuntur. Et meus ponitur interdum pulcrè pro mei iuris:
sic tuus, pro tui iuris, &c. Persius.

Vindicta postquam meus à Prætore recessi.

Annotatiuncula.

Ex prædictis, Amor tui & amor tuus sic differunt. Amor
tui passiuè est, quo tu amaris, Amor tuus, quo tu amas, siue
te, siue alium. Sic utilitas mea, quam ego habeo: & utilitas
mei, quam de me aliqui habent. Eadē differentia seruabitur

in om-

G E N I T I V I.

in omnibus , quæ actiue & passiuè declarari possunt: qualia sunt, usus, memoria, fastidium, desiderium, cura, odium, dolor, potestas, & quod idem est copia, suspicio, existimatio, &c. Ouidius. Sit tibi cura tui, sit tibi cura mei. Plin. Nulla est voluptas, quæ non assiduitate sui fastidium pariat.

R E G U L A I I I .

*Quævis proprietas, aut pars, cui mobile iungis,
Laudem significans aut vituperamen, in hoc fit,
Vel sexto casu:ceu vultus femina pulcri,
Aut vultu pulcro. quandoq; synecdoche habebit.
Rite locum quarto aut sexto:ceu candida collum,
Aut collo . misere doleo cor, cordieue dices.*

Nomen subiecti aut totius , regit dictiōnēi proprietatis aut partis cum adiectiōnē laudis vel vituperationis, in genitiō uel in ablatiō. Proprietatis: vt, Vir summa virtutis, vel summa virtute. Plinius. Aristoteles vir immensē subtilitatis. Cic. Non multi cibi hospitem accipies, sed multi ioci. Teren. Homo antiqua virtute ac fide. Partis: Populus duræ certiūcīs, vel dura ceruice. Herba magnæ radicis, vel magna radice. Parasitus audiſſimæ gulæ, vel audiſſima gula. Terentius. Virgo rufa, cæſia, sparso ore, adunco naso. Subiectū est, cui aliquid accidit: vt, Homo subiectus est scientiæ. Proprietas est res, quæ accidit: vt, Scientia est proprietas, quia accidit honiuni.

Annotatiuncula.

Pars vel proprietas regitur à quatuor orationis partibus.

A nomine. Liuius. Mulier magno natu, id est, annosā.

A pronomine. Plaut. Tu canocapite, amas senex nequissime.

A verbo substantiō vel habente vim eius, aut saltem intercedente. Magna auctoritate es vir, aut magnæ auctoritatis. Suetonius. Cibi minimi erat. Cato.

Esto animo forti cùm sis damuatus iniquè.

A participio, veluti. Hic adolescens optimæ profectò indolis est, olim futurus magnæ auctoritatis apud principem.

R E G I M E N

Synecdoche qu. in do fiat.

Quandoque Synecdoche habebit, &c.) Nomē adiectiuū, aut cum participio suo verbū paliuū, aut neutrū significās proprietatem, aut accidens in parte rei , potest illius partis dictionē in accusatiuo vel ablatiuo regere per synecdochē: vt, Aethiops albus dentes, vel denibus. Dolco caput, vel capite. Frangor brachium, vel brachio. Fractus membra, vel membris.

Synecdoche quid.

Synecdoche est attributio partis ad aliquod totum sub proprietate verbi vel adiectiu : vt, Nuda genu. Ager deparitus legetes. Flores inscripti nominia Regum. Haec figura, vt Valla docuit, tantū ad animi, & corporis qualitatem pertinet, nihil ad externa respiciens. Proinde synecdoche nō est: Potens diuitijs. Grauis pietate, Pređitus dignitate: sed in hoc Martialis disticho in Zoilum.

Crine ruber, niger ore, breuis pede, lumine lăsus

Rem magnam præstas Zoile, si bonus es.

Duplex ex Synecdoche, locutionis & constructionis. Locutionis synecdoche alterū ex altero intelligit: ex parte totum: vt, Octo animæ intrauerunt arcam Noe. Ex toto partem: vt, Petrus est in cælo.

De synecdoche constructionis hic agimus , quæ diuiditur in directam, & in indirectā. Directa est, in qua verx partis dictio in accusatiuo vel ablatiuo regitur: vt, Nudi pedē, vel pede. Indirecta synecdoche est , in qua nō vera pars, sed pro parte adiacens quipiam reperitur: vt, Sum albus vestē.

In synecdoche constructionis tria sunt necessaria: Totū, pars, proprietas, id est, verbum, vel adiectiuum.

Constructionis synecdoche poëtis maximè licet vti, proximè deinde historicis, oratoribus vix vnquam.

De Opus, Vſus, R E G V L A V.

Pofcit opus sextum, tolerans quandoq; secundum:
Vt mihi opus libro est . at opus dux, Tullius inquit,
Est nobis. Ut opus, Plautus sic vtitur vſus.

Opus regit ablatiuum cum datiuo intercedente verbo
ſub-

G E N I T I V I .

Substantiuo: habet quoque, sed rariissimè genitium pro ablativo. Cicero, Auctoritate tua nobis opus est, & consilio, & etiam gratia. Ouidius.

Nec minor est virtus, quam querere, parta tueri:

Casus inest illic, heic erit artis opus. Sallustius.

Prius quam incipias consulto, & ubi consulueris, mature factio opus est. Heic ablativei participiorum neutri genetis eleganter ponuntur pro infinituis, consulere & facere.

At opus dux, Tullius, &c. Opus capitur pro necessarius, interdum adiectiuè ac indeclinabiliter, & ita quemvis causi secundi permittit. Cicero: Dux nobis, & auctor opus est. Idem: Dices numimos, mihi opus esse ad apparatum triumphi. Cæsar. Respondit si quid ipsi à Cæsare opus esset, sese ad eum venturum fuisse. Sic dicimus, Opus est mihi consilio à te. *tuum*

Vt opus, Plautus sic utitur usus.) Usus capitur aliquando pro opus, & regit similiter ablativeum cum dativo intercedente verbo substantiuo, praesertim apud Plautum in Asinaria. Viginti iam usus est filio argenti ininis. Menedemus apud Terentium.

Mibi sic est usus, tibi ut opus est factio, face.

Ch. An cuiquam est usus homini, se ut cruciet? Me. mihi est.

De adiectiuis verbalibus,

R E G U L A V I .

Actiuè signans verbale dabit genitium

Mobile: ceu quedam, quorum vix scitur origo.

Adiectiuum verbale actiuè significans, regit genitium, vt quedam adiectiva, de quibus an verba sunt ambigitur: vt, Amans vini. Patiens frigoris. Consultus iuris. Minor beneficij. Compos voti.

Vt plurimorum nominum ad hanc regulam pertinen-
tium vis liquefacat, opus est sequentem annexere differen-
tiam.

Amans vini, & amans vinum sic differunt. Amans vini
est, qui viuum multum cupit, & ex consuetudine amat:
nec præsens tempus heic magis significatur quam præte-
ritum

R E G I M E N

titum: est enim amans nomen comparabile. Amans vinum est, qui iam amat vinum, & participium est. Sic patiens frigus, qui patitur. Patiens frigoris, qui per multam consuetudinem frigus facile tolerat: & nultos videoas patientes frigus, inimicè patientes frigoris. Doctus Grammaticam, qui grammaticam didicit, etiam si neglexerit, participium est. Doctus Grammaticæ, qui multo vnu grammaticam callet, nomen est. Ita dices in reliquis.

Vnde cuplicitia adiectiva nomina, regunt casum huius regule.

1. In ans, & ens. Amans, fugiens, fugitās, patiens, potens pro potentiam habens: nam pro abundans etiam ablative. Virgilius de Italia.

Terra antiqua, potens armis, atque vberē glebz. Seneca. Amantes tui ama: Sallustius. Catilina patiens inedię, algoris, vigiliæ, supra quā in cuiquam credibile est. Tacitus. Vulgus cupiens voluptatiū. Iuuenalis. Metuens virga: iam grandis Achilles. Gellius. Sallustius proprietatem in vrbis retinuentissimus, consuetudini concessit.

11. In tus, sus, è præteriti temporis participijs. Doctus, indoctus, profusus, peritus, imperitus, infuctus, suspensus, & cetera. Sallustius. Alieni appetens, sui profusus. Horatius.

Ludere qui nescit, campestribus abstinet arinis,
Indoctusq; pilæ, discive, trochive quescit,
Ne spissæ rīsum tollant impunè coronæ.

111. In iuus. Cometes, est belli significatiuus. Plinius. Imitatio iuris. Multis sic vntuntur medici: vt, Herba expulsiva veneni. Vinum incentiuum libidinis: sic, Virtus sui diffusiva. Lapis consistiuus sanguinis. Potio opitulatiua alui. Ita apprehensiuus penetratiuus, & cetera.

1111. In idus. Auidus, cupidus, trepidus, validus, impudicus. Plinius. Natura hominum est nouitatis auida. Plautus. Leno auri cupidus. Ouidius. Cupidus studiorum quisque suorum. Tacitus. Animi validus, & corpore ingens.

GENITIVI.

v. In ax. Rapax, carpax, ferax, fugax, sagax, peruicax. Quia
etil. Natura tenacissimi sumus eorum, quæ rudibus annis
percipimus. Tacit. Opum contemtor, recti peruicax. Ouid.

Teinpus edax rerum, tuque inuidiosa vetustas,
Omnia destruitis. Idein de seipso.

Nec patiens corpus, nec mens fuit apta labori,
Sollicitaque fugax ambitionis eram.

v i. In osus. Ambitiosus dignitatis, studiosus, curiosus,
incuriosus, Cicero de Amici. Pilæ studiosi fuerint. Philel-
phus. Quid enim earum rerum suinus curiosi, quæ ani-
mæ curas non adimunt, sed augent? Osus, perosus, & exo-
sus, inodò noinina sunt, actiue significantia cum genitiuo:
vt, Exosus vitæ. Perosus ridendi: sed passiuè capta cum
datiuo: vt, Epicetis Dijs haud est exosus. Modò sunt
participia accusatiuum regentia, licet verba exodi & per-
odi non sint in vsu. Columella. Immundam segnitiem
perosa est.

Ouidius.

Ille perosus opes, siluas, & rura colebat.

v ii. In ius. Dubius, nuntius, scius, præscius, con-
scius, nescius, innoxius, obnoxius. Virgilius.

Fama est tam ficti, prauique tenax, quam nuntia veri.

Idem.

Nescia mens hominum fati, sortisque futuræ,
Et seruare modum rebus sublata secundis.

Ausonius.

Quæ nam summa boni? mens quæ sibi conscientia recti.

v iii. In ilis. Docilis, susceptibilis, penetrabilis, muta-
bilis. Ouid. Praui docilis Romana iuuentus. Plini. Luscinias
Græco, atque Latino serinone dociles. Heic docilis abla-
tiuum habet. Valerius Maximus. Alexandri pectus insatia-
bile laudis.

i x. In rus. Auarus pecuniae, matus, securus, gnatus,
ignatus. Tacitus. Faniæ nec incuriosus, nec venditator, pe-
cuniae alienæ non appetens, suæ parcus, publicæ avarus.
Virg. Securus amoruin. Horatius.

Graijs ingenium, Graijs dedit ore rotundo
Musæ loqui præter laudem nullius auaris.

C 4

x. In

R E G I M E N.

x. In gus. Prodigus pecunia. Belli præfigus. Virgilius de France.

Largus opum, lingua melior, sed frigida bello
Dextera.

x i. Plurima diuersæ terminationis nomina. Rudis, cō-
pos, impos, memor, innienior, felix, infelix, æmulus. Multa
puer similia obseruabis crebra lectione. Cic. Græcarum litterarum rudis. Plautus. Ira me Rex Deorum atque homi-
num faxit patriæ compotem. Sallust.

Laudis audi, pecuniae liberales erant. Claudianus.

Munificus laudis, sed non est prodigus auri.
Oriundus rarissimè habet genitium: frequenter verò ab-
latium cum præpositione, vel sine præpositione.

R E G U L A VII.

Affinis, similis, communis, par, propriusq;,
Finitimus, fidus, conterminus, atq; superstes,
Conscius, & socius; conformis, siue propinquus,
Et vicinus, anticus, habet iungi his alienus:
Hæc casum ternum donabunt siue secundum:
Cetera queis danum signabitur, utilitas uic.,
Cum teruo pones. armis sc̄r & aptus ad arma.

Quædam adiectiva regunt genitium, vel datium: fre-
quentius tamen datium: ut, Affinis senectutis, vel senec-
tuti. Similis patris, plerunque dicitur de moribus: simi-
lis patri, de figura. Communis omnium, vel omnibus. Par-
tui, vel tibi. Par odio importuna benevolentia. Finitimus flu-
uij, vel siuuio. Cicero. Est finitimus oratori poëta. Fidus a-
mici, vel amico. Conterminus fontis, vel founti. Superstes di-
gnitus paterne, vel dignitati. Conscius deliciarum, vel de-
licijs. Socius belli, vel bello. Conformis imaginis, vel ima-
gini. Propinquus, vicinus, vrbis, vel urbi. Erasim. Aurora Mu-
sis amica est, apta studijs. Quintil. Sicut aues ad volatum,
equi ad cursum, ad sœvitiam feræ cognoscuntur, ita nobis pro-
pria est mentis agitatio, atque sollertia. Idem. Rationem no-
bis

G E N I T I V I .

bis præcipuam dedit eiusque nos socios esse cum Diis immortalibus voluit. Ouidius. Mala sunt vicina bonis. Alienus consilij, consilio, & à consilio. Terent. Homo sūni, humani à me nihil alienum puto.

Cetera quis damnum, &c. Cetera adiectiva quibus significatur quæpiam utilitas vel damnum, regunt datiuum. Et sunt quintuplicia.

i. Adiectiva aduersitatis, sine contrarietatis. Hiems est nobis grauis. Infestus hosti, id est, valde molestus. Infensus discipulo, id est, valde iratus. Ouidius.

Qui color albus erat, nunc est contrarius albo. Plaut.

Opulento homini haud seruitus dura est.

Hoc magis miser est diuitis seruus. Hoc modo construuntur plurima contrarietatis, seu repugnatiæ verba: de quibus agemus in constructione datiuum.

ii. Adiectiva proximitatis. Confinis, intimus, familiaris adiectuum. Cato.

Proximus ille Deo, qui scit ratione tacere.

Reducuntur huc multa proximitatis verba: ut, Propinquio, adhæreo, proximo Solini verbum, quod ut alia, pro datiuo potest habere accusativum cum præpositione ad. Solinus. Geloni ad hos proximant.

iii. Verbalia in bilis passiuæ significationis. Ausonius. Multis terribilis, caueto multos. Horatius.

Hic tibi sit potius, quam tu mirabilis illi. Idem.

Nulli flebilior, quam tibi Virgili. Virgilius.

Nec visu facilis, nec dictu affabilis ulli.

iv. Verbalia in dus. Ouidius.
Sæpe tibi pater est, sæpe legendus avus. Idem.

Pauper amet caure, timeat maledicere pauper.

Multaq; diuitibus non patienda ferat. Horatius.

Si vis me flere, dolendum est Primùm ipsi tibi. Sed hoc magis est gerundium nominatiui casus. Legendus nomen, id est, legi dignus, aut qui debet legi. Legendus participiū, id est, qui legetur. Ita dices in reliquis.

v. Plurima datiuum adsciscunt, de quibus non datur certa lex, quæ semper ex se, vel ex adiuncto cominodum vel incōmodum, damnum vel utilitatem importat: ut, Gratus, ingratus,

R E G I M E N

tus, iucundus, iniucundus, fidelis, fidus, perfidus, infidus,
dulcis, amarus, congruus, prosper, secundus, dexter, obnoxius, pestifer, exitialis, lethalis, odiosus, malus, nequam, & cetera. Sapiens. Qui sibi nequam, cui bonus? Publius. O vita, misero longa, felici breuis. Seneca. Cunctis esto benignus, nulli blandus, paucis familiaris, omnibus æquus. Plinius. Fidelissimi ante omnia homini canes & equi. Cato. Somno ne deditus esto. Absonus fidei apud Liuum, id est, infidelis. Absonus voce, cui inepta vox est. Cicero. Sunt quidam aut lingua ita hæsitantes, aut ita voce absoni. Absonus à voce, id est, discordans.

Armis fer & aptus ad arma.) Quædam pro datiuo possunt accusatiuum habere cum præpositione ad. Horat.

Infirmo capiti fons aptus, idoneus alio.

Plautus. Tot quidem non potuisti abducere homines, magis ad hanc rem idoneos.

De partitiis. R E G U L A V I I I .

Partitiva volunt genitium: ut signa, gradusq;
Pronomen, numerus duplex, aduerbia quædam.

Dictio partitiva postulat genitium pluralem nominis non collectivi, vel singularem collectivi: ut, Quisque hominum. Dictio partitiva est adiectivum, vel ex eo aduerbiū multitudinis partem indicans: ut, Quisque maior, maximus maximè.

Annotatiuncula.

Pro genitivo huius regulæ licet interdum ponere casus, per quos declaratur, nempe accusatiuum cum inter, aut ablatiuum cum de, vel ex, vel in, pro inter: ut, Vnus istorum, id est, inter istos, de, vel ex, vel in istis. Suetonius. Verbum M. Catonis est, vnum ex omnibus Cæsarem ad euertendā reūpublicam sobrium accessisse.

Concordantia partitiū cum genitivo.
Sit conformis genus, partitio quando notatur:

GENITIVI.

Ni collectiuum, vel vox heteroclitia detur.

Recte etiam dices. quid agis dulcissime rerum?

Adiectiuum partituum conuenit cum genitio in generi: ut, Quisque virorum. Quæque feminarum. Tres sunt ab hac regula exceptiones.

i. In collectiuis: vt, Optimus plebis.

ii. In heteroclitis: vt, infinium cælorum Lunam continet.

iii. Vbi adiectiuum præcedens respicit. Terentius. Est genus hominum, qui se primos omnium rerum esse volūt. Horatius. Quid agis dulcissime rerum? Boethius. Confitemur Deum omnium rerum esse præstantissimum.

Ad regulam partituorum pertinentia.

Quintuplices dictiones regunt genitium per regimen partitionis.

i. Signa Vniuersalia quidem: vt, quicunque hominū peccauerit, punietur. Particularia vero: vt, Surripuit comilitionum aliquis librum meum. Interrogatiua: vt, Quis horum mecum ibit? Vter vestrum scit Latinē?

ii. Casum huius regulæ petunt gradus cōparationis. Positiuus quidem. Plinius. In capite paucis animaliū, nisi volumen apices. Idem. Lanarum nigre nullum colorem hibūt. Comparatiuus: vt, Fortior manuum est dextera. Superlatiuus: vt, Doctissimus poëtarum. Optimus plebis.

Regula de comparatio, & superlativo.

Res similis generis mediis gradus atq; supremus

Poscunt: ille duas, hic plureis vsq; duabus.

Comparatiuus & superlatiuus, vt tegant genitium per regimen partitionis, requirunt comparationem inter res eiusdem generis, vel naturæ. Cōparatiuus inter duas, superlatiuus inter plureis duabus: vt, Dextera est fortior manū. Pollex est fortissimus digitorum. Ideo male dicitur. Hector est fortissimus Græcorum: quia non sit compario inter ea, quæ sunt eiusdem generis: cùm Hector non sit Græcus, sed Trojanus. Esse eiusdem generis nihil est aliud, quām

rein

R E G I M E N

rem excedentem contineri sub casu comparatiui, vel superlatiui.

Regula comparatiuo propria.

Sin minus ista aderent, medio gradui dato sextum.

Vbi comparatio non sit inter duo eiusdem generis, comparatius habet ablatiuum: vt, Doctior illo, vel doctior illis. Hector fuit fortior quouis Græco. Horatius.

Vilius argentum est aurum, virtutibus autem.

Appendix I.

Additur comparatiuo ablatiuum mensuram excessus significans: vt, Sum longior te quatuor digitis. Item hi ablatiui, opinione, fide, iusto, æquo, solito, dicto, & similes, rem excessam non significantes. Cicero. Maiorem opinionem hominum cepi dolorem. Iuuenalis.

Ponamus numios gemitus, flagrantior æquo,
Non debet esse dolor viri.

Appendix II.

Comparatiuus ac superlatiuus regunt etiam omnem causam sui posituui: vt, Plenior riuarum, plenissimus riuarum: quia plenus riuarum dicinius. Sic gratus Regi, gratiior Regi, gratissimus Regi.

Annotatiuncula.

Comparatiuus in neutro genere elegantissimè ponitur: vt, Ornatus dixeris. Nihil tuo patre generosius. Nihil Virgilio suauius. Nihil matre tua castius: quam, Nullus patre tuo generosior. Nemo Virgilio suavior. Nulla matre tua castior. Redeo ad partitua.

III. Omne fere pronomen regit genitiuum huius regulæ: vt, Hæc volucrum, illa sororum. In Ethicis Aristotelis. Laudamus quidem iuuenum eos, qui sunt verecundi.

IV. Duplex numerus regit casum huius regulæ, numerus cardinalis, id est principalis, quo vulgo numeramus

ramus

GENITIVI.

ramus, duo, tres, quatuor, quinque: ut, Duo istorum, Centum virorum. Et numerus ordinalis, quo ordinem indicamus: ut, Primus hominum, Octauus sapientum. Unus, numeri principium: & Iolus, pro quo unus eleganter ponitur, huc easuni regunt. Plinius. Caluitium vni tantum animalium homini. Idein. Solus animalium. Quot, quotus, tot, ultimus, ad numeros pertinent, ideo genituum partitum regunt. Terent. Quot hominum illic litigant. Juuenalis. Regum ultimus ille bonorum.

v. Aduerbia quædam regunt easum huins regulæ: Vbi- que locorum. Nusquam scripturarum. Omnia dulcissime canit philomela. Plinius.

Lynxes clarissimè omnium quadrupedum cernunt.

Annotatiuncula.

Substantia partitum non regunt, nisi subanditionem adiectui partitum positi. Plinius. Quadrupedū talpis visus nō est: subaudi solis. Sciendum est, etiam nomina quædam sub prædictis non comprehensa partitum construi: ut, Medius, & dimidius. Horatius.

Virtus est medium vitiorum. Idem.

Dimidium facti, qui bene cœpit, habet.

REGULA IX.

Dat patrum aut sextum tibi copia, sicut egestas,
Plenus, inops, saturat, cum fratribus, implet, abundat,
Atq; egeo, carco testes: quibus adiace sanus,
Et miser, & dignus, cum pluribus, & bene multa
Verba velut crucio cum pendo, lætor, & ango,
Desipio, abstineo, potior: sic penis aloq;
Indolco, recreco: quæ pleraq; prosa recludet.

Adiectua & verba quædam copia, egestatis, eum non nullis alijs regunt genituum, vel ablatium: ut, Plenus ri- matum sum. Simum lacte plenum. Inops consiliij sum, inops sermo-

REGIMEN

sermone. Potior regni. Virgilius. Auro vi potitur. Quid non
moitalia pectora cogis, Auri sacra fames? Terentius. Quasi
tu huius indigeas patris. Valerius. Malo virum pecunia, quā
pecuniam viro indigentem. Iam latè omnia declarabo.

Adiectiva genitium, vel ablatium regentia.

Genitium, vel ablatium indifferenter habent, plenius, locuples, satur, diues, abundans, refertus, secundus, egenus, indigus, immunis, pauper & plura, si doctissimorum rsum diligenter rimemur. Virgilius. Despectus tibi sum, nec qui sim quæris Alexi. Quam diues pecoris, niuei quā laetis abundans. Heic abundans nomen, est teste Prisciano: quia verbum abundo rarissimē genitium regit. Horatius. Diues agris, diues positis in fenore nummis. Lucanus. Fecunda virorum Paupertas fugitur. Plautus. Amor & melle, & felle est secundissimus. Ouidius. Quis inatrē, nisi mentis inops, in funere gnati, Flere vetat? Cicero. Inops verbis

Sepius genitium regunt Sterilis, vanus, expers, inattis, & alia nō nulla. Plautinus Sosia. Ipse diues, operis & laboris expers. Quodcumque homini accidit, liberē posceretur. Aequum esse putat, non reputat laboris quid sit. Persius. O cur ux in terras animæ, & cælestium inanes.

Ablatiū səpius habet quā genitiū, Truncus, oneratus, orbus, orbatus, dignus, indignus, viduus, vacuus, contentus, sacius, lapsus, miler, sanus, & plura, si doctorum scripta diligenter euolueris. In Sacris. Dignus est mercenarius mercede sua. Captus oculis, auribus, pedibus, mente, membris, id est, carens horum v̄su. Captus avaritia, amore, id est, detenus. Captus amoenitate loci, id est, delectatus.

Quædam habent etiam ablatiuin mediante præpositio-
ne. Sallust. Omnes homines, qui de rebus dubijs consultant,
ab odio, a nictitia, ira, atque misericordia vacuos esse decet.
Teren. Ne expers esset de nostris bonis.

Verba genitium, & ablatium regentia.

Licitē genitium, vel ablatium regunt egeo atque in-
digeo

G E N I T I V I .

digeo:at reliqua huius regulæ verba sœpius ablatium : vt,
Impleo, compleo, saturo, abundo, potior, pendo, latior, &c.
Id semper obseruandum est, vt oratio nostra varietate dele-
ctet circa affectationē. Quædam quoque habent ablatium
intercessu præpositionis, aut pro eo datiuū: vt, Abstine isti
hant tu manum, id est, ab isto, apud Plautū. Sic impleui nauē
de omni genere frumenti. Et refersi apothecam de varia na-
tura vinorum. Vix ausim, inquit Valla , præpositionem heic
omittere: quia non est nauis impleta omni genere frumenti
sed frumento omnis generis. Neque apotheca referit est
omni natura vinorum, sed vino omnis naturæ.

Sunt quæ variant constructionem: vt, Affluit, abūdat amo-
re, vel affluit, abundat tibi amor. Publius. Negandi caussa
auaro nusquam deficit. Participo te auro, vel auri. Participo
pœnam, id est, in pœna fio particeps. Cicero. Qui alteri ex-
tuum parat, hunc scire oportet, sibi paratam pestem, vt parti-
cipet patrem.

Dat patriū aut quartum fastidio: sed mage quartum. Fa-
stidio hanc rem, nunc dicimus, olim etiam fastidio huius
rei. Lucil. Tristes, difficiles sumus: fastidimus honorum, sic
plures antiquorum teste Nonio.

R E G U L A X .

Dic satago rerum, patrīum aut dantem misereri,
Sed mage vult patrīum. dominor dat rite datiuū,
In sacris etiam patrīum: velut auxiliari.
Grammaticæ leges plerunque ecclesia spreuit.
Tu viuendo bonos, scribendo sequare peritos.

Satago exigit genitium rerum. Terent. Is quoque rerum
suarum satagit. Misereor vult genitium, vel datiuū : sed
melius genitiū. Huic synonynum miseresco eosdem petit
casus. Virgilius. Miserecite Regis. Idem.
Nil nostri miserere, mori me denique cogis.

Mise-

REGIMEN

Miseror semper habet accusatum, & differt à misericordia. Misereri passuum affectum habet: est enim corde animum esse ex alicuius miseria. Miserari vero actuum: estque verbis, lacrymis, aut ope dolorem, quem ex miseria vel nostra, vel aliena habemus, ostendere. Ab illo sunt, misericors & misericordia: ab hoc miserator & miseratione: quæ nomina eodem modo distinguuntur. Cicero. Misericordia est clemensia ex miseria alterius. Sed ad rem.

Dominor dat ritè datuum, &c.) Dominor & auxilior datuum postulant: in sacris etiam cum genitio leguntur. Ceterū si recte vivere velim, sanctos imitabimur, etiam indoctissimos: si venustè cupiamus scribere, aut loqui, linguae Latinæ peritos imitan studebimus, licet Nerone peiores.

Prater dictos casus, dominor etiam habet accusatum, mediante præpositione, aut ablativum. Cicero. Felix senatus, si usque ad ultimum spiritum dominabitur in suos. Salustius. Fortuna in omnibus dominatur.

REGULA XI.

Accuso, damnno, monoco, contraria, laudo,
Criminis, aut poenae, vel laudis habento secundum,
Aut sextum: sed Valla dedit tantummodo sexto,
Altero, & ambobus neutro, vel utro, vel utroque.

Verba accusandi, damnandi, monendi, laudandi, & his contraria: ut excusandi, absoluendi, vituperandi, regunt genitium, vel ablativum criminis, poenae, admoniti, laudis, vituperij. Omnia ferme genitium frequentius habent, quam ablativum de multis quinque ablatiis, altero, ambobus, neutro, utro, utroque, per quorum genitios heic loqui non licet, teste Valla: ut, Utro accusatus es furti, an homicidij? non utrius.

Accusandi verba. Accuso, incuso, ago, postulo, arcessio, insimulo

G E N I T I V I .

simulo, arguo, noto, defero, alligo, adstringo, criminor, & similis: ut, Accuso te furti, vel furto. Incuso te negligentia, vel negligentia. Plaut. Qui alterum incusat probri, ipsum se intueri oportet. Cicero. Ne quein vñquam innocentē iudicio capit is arcessas. Terentius. Si herū insimulabis avaritiae, malè audies. Ouidius. Utinam temeraria dicar, Criminibus falsis insimulasse virum. Terentius. Hic furti se alligat. Plautus. Furti se adstringit. Hieron. Qui alterum mendacij criminari, desine ipse mentiri.

Excusandi verba, Excuso, purgo, expurgo me parrecidij, vel parricidio. Lucanus. Litusq; malignum excusat. Eodem modo dicimus: Litus malignum caussatur. Caussatur morbos, id est, in excusationem adducit.

Damnandi. Damno, condeno, multo, punio, plesto, cōuin eo, redarguo. Ad accusationē, vel damnationē pertinēt etiā teneo, interrogo, cado, periclitior, pecco, perdo, do pœnas, satisficio, suspeatum habeo: ut, Qui substulit rem sacram de profano, furti ne tenetur, an sacrilegij, an vtroque? Horat.

Damnatus longi Sisyphus laboris. Cicero. Capite damnatos, morte multauit. Idem. Si iniquus es in me iudex, condēnabo eodem te crimine. Idem.

Me ipsum inertiae, nequitiaeq; condemno.

Absoluendi. Absoluo, libero, & cetera: ut, Absolutus est parricidij, vel parricidio.

Moneendi. Moneo, admoneo, cōmoneo, commonefacio te debiti. Liuius. Aduersæ res admonuerunt religionū. Cōmemoro pro admoneo, rārum est cum genitiuo.

Laudandi. Laudo, miror, probo, commendō: ut, Cōmendo te pietatis, aut pietate. Seruius figuram Græciam heic esse putat.

Vir Troaine quibus cælo te laudibus æquem?

Iustitiae ne prius mirer, belline laborum?

Vitupero, corripi, reprehendo, increpo, increpito te negligentiae, malè gestæ rei.

REGIMEN.

Appendix.

Ablatiuo huius regulæ apponitur interdum præpositio: vt, Ago te repetundarum, repetundis, aut de repetundis. Cicero. Lex vetat eum, qui de pecunijs repetundis damnatus fit, in concione orationem habere. Ponitur interdum criminis in accusatiuo. Cicero. Inertiam accusas adolescentium. Sic quoque admonitum, laus, vituperium. Terenius. Ridiculus est, te istud me admonere Clitipho. Ouidius.

Tunc agitur censura, & sic exempla parantur,
Cùm iudex, alios quod monet, ipse facit.

REGULA XII.

Verba volunt sexto precium. ponas sine fixo
In patrio pluris, tanti, quanti, atq; minoris:
Cum fixo in sexto. raro quartum valeo vult.
Vilius, & melius, peius, vel carius emi,
Valla negat recte dici per nomina posse.

Omne verbum, cuius actus aliquo pretio constat, potest regere post se noniē pretij, vel valoris in ablatiuo: vt, Emo abs te equum decem aureis. Excipiuntur quatuor nomina, tanti, quanti, pluris, atque minoris, cum compositis tantilibet, tantidem, quantiuis, & similibus, que sine substantiuis in genitiuo ponuntur: at cum substantiuis in ablatiuo: vt, Quanti pransus es, aut quanto pretio? Quanticunque locabis, præstaret domum vendere.

Valeo hic pertinet: vt, Tanti res valet, quanti potest vendi. Aliquādo hoc verbuin regit pretium in accusatiuo. Var. Denarij dicti, quōd denos eris valebant, quinarij quod quinos.

Vilius, & melius, &c.) In quibusdam solūm aduerbialiter loquendum est, teste Valla: vt, Emo vilius, & melius, id est, quod Barbari dicunt, pro meliore foro. Latini, Emo minoris. Emo peius, aut carius, id est, pluris.

Verba huius Regulae.

Emo,

GENITIVI.

Emo, comparo, mercor, vendo, venundo, distraho, ve-
deo, loco, conduco, taxo, liceo, addico, metior, feneror, pa-
cisco, mutuor, sto, consto, sum, redimo, edifico, impleo, cal-
ceo, doceo, ago, &c. Eini tanti, quanti voluisti: pulcre subau-
ditur vendere. Hectoris exaninum corpus vendebat Achil-
les Auro. Terent. Quid agas? nisi ut te redimas captiu quām
queas minimo: & si nequeas paulo, at quanti queas. Plin. de
Pamph. pictore. Docuit neminem minoris talento: quam
mercedem & Appelles & Melanthius ei dedere. Quāti star,
quanti constat, idem sunt. Sen. Paruo famē constat, magno
fastidium. Liu. Multo sanguine, ac vulneribus ea Pœnis vi-
ctoria stetit. Terentius. Quantus est sapere, id est, valet. Plaut.
Pluris est oculatus testis unus, quam auriti decem.

Annotatiuncula.

Tanti, quanti, pluris, minoris, sunt heic substantiua, teste
Lanc. Præterea huiusmodi orationes, qualis est hæc Plaut.
Mortuus pluris pretij est, quām ego: & Terentij. Meam he-
rus operam deputat parui pretij: pertinent ad regulam quar-
tam genitiui, & in posteriore subaudiendum est, esse.

REGVLA XIIII.

De verbis æstimandi.

Aestimo, curo, puto, facio, cum consulo, duco:
Pendo, habeo, refert, est, inter et est bene iungo,
Ante dabunt rectos patrios cum plurimi et equi,
Et parui, nihili, nauci, flocciq; boniq;
Magni, infiniti, maioris, maximi, et aesis,
Et minimi, multi. quædam bene ponito sexto.

Verba æstimandi: ut, Aestimo, existimo, curo, puto, facio
consulo, duco, pendo, habeo, sum: & de quibus sequitur pe-
culiaris regula, interest ac refert, præter genitiuos, tanti,
D 2 quanu

R E G I M E N.

quanti, pluris, minoris, regunt etiā genitios, plurimi, equi, parui, nihili, nauci, flocci, boni, &c. quibus additur genitius pili, & forsitan plures. Pro quibusdam possunt habere ablatiuum: vt, Aestimo te assis, vel asse. Existimo te magni, vel magno. Val. Max. Magno vbiique pretio virtus aestimatur. Sen. Data magna aestimas, accepta paruo. Cicero. Gloriosa sapientia non magno existimada est. Exempla de genitio. Terentius. Quid de me fiat, parui curas. Plaut. Respicio vos nihil meam gratiam facere. Nihili vel pro nihilo hunc habeo librum, id est, contemno, non autem possideo. Plaut. Qui homo timidus non erit in rebus dubijs, nauci non erit. Ouidius. Pluris opes nunc sunt, quam prisci temporis annis. Boni consulo, id est, in bonam accipio partem. Consulo te, id est, consilium a te peto. Consulo tibi, id est, do consilium. Consulo honori, aut famae, id est, prouideo.

R E G U L A X I I I .

Pauca recordandi patrum, quartumque requirunt.

Vt memini, memoror: sic obliuiscor habetur.

Pauca verba recordandi: vt, Recordor, memini, memoror deponens, reminiscor, recolo, & hoc verbum obliuiscor, regunt genituum, vel accusatiuum. Cicero. Proprium est stultitiae, aliorum cernere vitia, obliuisci suorum. Virgilius. Quisquis es, amissos hinc iam obliuiscere Graios. Plautus. Facias, vt huius diei, locisque, meique, semper meminerit, qui mihi in cursu obstiterit. Cic. Illud semper incognito: qui ipse sibi sapiens prodesse nequit, nequidquam sapit. Memini, pro mentionem facio, respuit accusatiuum, postulatque solum genituum, vel ablatiuin cum praepositione de. Sic dices etiam recordor, cogito de hac re. Cic. Obliti salutis meæ, de bonis ac de liberis vestris cogitate.

Appendix.

Huc pertinent, Venio in obliuionem. Venit in mentem illius diei, vel venit in mente in ille dies. Subit cogitationi, vel subit animum cogitatio. Fugit, latet me haec res, id est, rem ignoro, aut non recordor. Lucanus per datiuum ait. Tu mihi caussa lates.

Re-

GENITIVI.

REGULA XV.

Refert, inter *et* est, est, signans contumoditatem,
Officiū meū, petit quosquis patrios, nisi septem.

Refert, inter *et* est, nostraq; meaq; refert
Cum reliquis, capiet cuius, vel cuius virumq;.

Est nostrum, vestrumq; meumq; tuumq; suumq;

Hæc tria verba, refert, interest, & est, ad alicuius rei com-
moditatem, vel utilitatem, vel officium pertinentia, regunt
quosquis genitiuos, præter septem primitiū speciei, mei,
tui, sui, nostri, vestri, nostrum, & vestrum: pro quibus refert
& interest regunt ablatiuos, mea, tua, sua, nostra, vestra: qui-
bus iungitur cuius. *Est* vero capit nominatiuos, meum, tuū,
suum, nostrum, vestrum.

Exempla de genitiuis.

Vxoris refert, quid rerum gerat maritus nosse.

Cicero. Interest omnium recta agere. Idem. Adolescentis
est, maiores natu vereti. Plautus. *Est* miserorum, ut male vo-
lentes sint, atque inuident bonis.

De ablatiuis cum interest, & refert.

Terent. Tua quod nihil refert, percunctari desinas. Suet.
De Iulio Cæs. Ferunt dicere solituin non tam sua, quam rei
pub. interesse, ut saluus esset. Dices cuius, vel cuius interest.

De nominatiuis cum est.

Cicero. Neque enim meum est, contra auctoritatem Se-
natus dicere. Idem. Tuum est consulere tempotibus, & in-
columitati, & vita, & fortunis tuis.

Appendix I.

Dicitis ablatiuis apponuntur interdum genitiui, vnius,
solius, ipsius: ut, Mea vnius refert. Iten genitiui signorum
quorundam: ut, Cuiusque omnium. Et numerorum cum
cognatis: ut, Duorum, trium, paucorum, multorum. Præ-
.cerā genitiui participiorum. Qui quidem omnes (ut hæc
utillissima sane ῥαριπησ addam) illis non solum ablati-
uiis apponuntur, verum etiam alijs possessorum pronomi-
num casibus: & genitiui primitiū, in ei, tui, sui, no-
stri, vestri, quibus etiam gerundiū genitiui iunguntur.

REGIMEN

Hæc per ordinem declarabo exemplis. Cicero. Ex tuo ipsius animo conjecturari ceperis. Idem. Voluntati vestre omnium parui. Liuius. Noster duorum euentus ostendat, vtra gens bello sit melior. Brutus ad Ciceronem. Qui vestris paucorum respondeat laudibus. Cicero. Quocunque tempore mihi potestas praesentis tui fuerit. Ouidius. Copia placandæ sit modo patua tui. heic tui à tu, est feminini gentis. Hæc dedisse exempla, tanquam fornias plurium singendorum sufficiat.

Appendix II.

Interest & refert habent etiam genitios, non signifiantes res, quarum interest, videlicet tanti, quanti, magni, parui. In reliquis sapientia habent vel nomina, vel aduerbia: multum, plus, plurimum, in agis, minus, parum, paululum, maximè, minimè, pauxillum, nihil, aliquid, quid, & si qua sunt similia: ut, Magni mea interest. Cic. Per magni interest, quo tempore hæc epistola tibi redditâ sit. Valerius Max. Nihil interest an humi, an sublime putresca. Iuuen. Plurimum enim intererit, quibus artibus, aut quibus hunc tu Moribus instituas. Minimum interest, id est, pauxillum. Minime refert, id est, nihil. Terentius. Quid tua, malum, id refert? Responder alter, magni. Malum, id est, interiectio. Notandum est, & hos genitios addito substantio in ablatiuum mutari. Iuuen. Paruo discrimine refert. Quo gestu lepores, aut quo gallina segetur.

REGULA XVI.

Pœnitet & tædet, miseret, pudet, & piget, optant
Accusatuum patientem cum genitio.

Hæc quinque impersonalia actiua vocis, Pœnitet, tædet, miseret, pudet, piget, regunt accusatum patientis rei cum genitio agentis: cuius loco interduin habent verbum infinitum: ut, Pœnitet me peccau: vel, Pœnitet me peccasse. Tædet te vitæ: Tædet te viuere. Miseret Christum peccatoris. Plaut.

Aliorum te miseret, tui te nec miseret, nec pudet. Sub miseret comprehenditur miserescit: sub alijs, composita: ut, pertædet, dispudet. Gellius de Euripide. Matrimonij pertæde-

G E N I T I V I .

tēdebat. Cornelius Nepos in vita Attici. Nusquam suscep̄tī
operis eum pert̄sum est. Pert̄sus ignauic, participium est:
Pert̄sus ignauiam, nomen.

R E G U L A X V I I .

De tenus, ac obiter de alijs pr̄positionibus.
Sēpē tenus patriū numero p̄cēunte carentem,
Aut res signantem geminas, vult Valla tenere.
Vult ad cum socijs quartum, velut absq; Latinum:
Sub, super, in, subter, casu iunguntur utrique
In varo sensu: facilis docet omnia prosa.

Tenus pr̄positio petit genitiuum pluralem, res gemi-
nas, vt Valla notauit, significantem, aut numero singulare ca-
rentem: alioqui vult ablatiuum, in plurali etiam quandoque
genitiuum. Exemplum vbi res sunt geminæ. Virgilius.

-- Optima toruæ.

Forma bouis, cui turpe caput, cui plurima ceruix,
Et crurum tenus à mento palearia pendent.
De genitiuo singulari numero carente. Cælius. Illi rumo-
res de comitijs Transpadanorum, Cumarū tenus caluerūt.
De secundo genitiuo. Olympus attollitur nubium tenus.
De ablatiuo singulari. Virg. Lateri capulo tenus abdidit en-
sem. Hinc haec tenus, quatenus, eatenus, quæ plerunque ad-
uerbia sunt.

Vult ad cum socijs quartum.) Ad apud, &c. quæ simul po-
nuntur in Donato, regunt accusatiuum casum: vt, Ad patē.
Apud villam. His Valla versus addit, quod semper postponi-
tur. Sallust. Aegyptiu m versus.

Velut absque Latinū.) A, ab, abs, & quæ cū his p̄on̄tūr in
Donato, regūt Latinū, qui ablatiuus est: vt, A domo. Ab hoie.

Sub, super, in, subter.) Quatuor sunt pr̄positiones accu-
satium vel ablatiuū regētes, In, sub, super, & subter, sed ple-
runque in diuerso sensu: vt, Sum in templo. Vado in forum.
Utrique interdū casui seruiunt, Clam, & procul pr̄positio-
nibus annumerandū. Curtius. Procul muro. Liuus. Pro-
cul muros. Sed haec sine casu aduerbia suot. Ouidius.

Sint procul à nobis iuuenes, vt feniua comu.

R E G I M E N

Virgilius. Clam ferro incautum superari.

De præpositionibus accusatiuum petentibus annotatiunculae.

Ad e& apud differunt.

Ad tam motus, quā in quietis verbum admittit: ut, Samnitæ ingrediuntur ad Curium, sedente in ad focum. Apud, solum quietis verbum desiderat, aut saltem non exterioris motus: ut, Sedeo apud Petrum.

Ad pro circiter ponitur. Cicero. Dormit ad horas treis. Elegantiam habent. Omnes ad unum periere, id est, nullo excepto. Adamussim, ad vnguem, id est, exactissimè, exquisita diligentia. Ad tempus. Itē, Ad habet viii sive iiii tūdiniis. Terent. Pulcra quidem, sed nihil ad nostram hanc.

Apud, Penes distinguuntur.

Apud, locum aut personam innuit: ut, Vidi te apud forū. Cœnauis apud Pompēium. Penes, personam, donum ac potestatem. Ianus apud Ouidiuin:

Me penes est unum vasti custodia mundi. Horatius.

Multa renascentur, quæ iam cecidere, cadentque,

Quæ nunc sunt in honore vocabula, si volet usus,

Quæ in penes arbitrii est, & vis, & norma loquendi.

Interdum, sed rarissimè loco seruit. Cicero. Penes scenam, id est, apud scenam.

Ante, & post.

Ante & post, ubi accusatiūs abest, aduerbia sunt pro ante, poste. Virg. Longo post tempore venit. Et diciimus, multò ante vel post, aut ante vel post inultò. Item post paulo, vel paulo post: contra indoctos.

Sic oīnes præpositiones absente casu aduerbiascūt. Persius. Nec te quæsiueris extra Plaut. Veniam aduersum temporis, id est, obuiam tempestiuē.

Cis, citra cum contrarijs.

Cis & citra, quibus opponuntur trans & ultra, nihil differunt: nisi quod cis antiquius est, magisque nominibus motuum, vel fluviorum præponitur: ut, Cis Rhenū. Cis Alpes. Nec tamen male dixeris, Citra Rhenū. Et cis aliquando pro ultra

GENITIVI.

Ultra ponitur, teste Marcello. Citra ponitur etiam, pro minus quam: Ultra, pro magis quam: ut, Citra naturae leges, id est, minus quam naturae leges patientur. Item citra, id est, sine. Seneca, Ede citra cruditatem, bibe citra ebrietatem.

Circa, circiter, erga.

Circa, ad locum & tempus refertur: ut, Circa forum, Circa horam tertiam. Circiter ad tempus, numerumque. Plautus. Redito huc circiter meridiem. Curtius. Circiter duo milia. Aliquando etiam locum dicit, & sepè aduerbia scit: ut, Lapis circiter in medio quadratus.

Erga ad personam refertur. Cornelius Tacitus. Erga populum superbum, erga principem contumeliosum. Ideo nob bene Latinè dicitur. Martha sollicita es, & turbaris erga plurima, dicendum fuerat, circa, ut monet Laurentius Valla. Sic loquitur Quintilianus. Pleraque contra frigus ex suo corpore vestiuntur, & arma ijs ingenita quedam, & ex obvio fere vietu, circa quæ omnia multis hominibus labor est.

Inter, intra, & extra.

Inter, innuit medians aliquid: ut, Multa cadunt inter calicem, supremaque labra. Intra certos loci, temporis aut alterius rei fines demonstrando significat, habetque contrarium extra. Horat. Iliacos intra muros pugantur, & extra. Intra tri duum. Intra famam, id est, citra opinionem.

Infra, supra, super, subter.

Infra, ad dignitatem refertur: ut, Infra omnes infimos es homo nequissimus. Et ad locum, habetque relatiuum supra, cum quo res plerisque significat interiecto spatio distantes: ut, Infratectum es, si foco assideas. Nubes supra nos pendent. Virgilius.

Tum mihi cæruleus supra caput adstitit imber,

Noctem hiemeque ferens, & inhorruit vnda tenebris. Eodem modo subter & super relativa sunt, nec distantiam quemadmodum illa, sed rerum cōtaetum frequenter significant: ut, Sedeo super lapidem. Vrinator mirificè subter aquam durat.

Iuxta, Prope.

R E G I M E N

Pro eodem accipiuntur iuxta & prope. Iuxta autem aduerbiū apud eloquentissimos sēpē significat similiter, eodē modo, & quē. Sallustius de inertibus. Eorum ego vitani, mortemque iuxta æstimo, quoniam de vtraque filetur. Erasmus Roterodamus. In aliorum pulcrè ac turpiter factis, quid deceat, quid non, iuxta videmus.

Ob, propter.

Causam innuunt ob & propter: veluti, Ob virtutem amādus es. Cicero. Is denique honos mihi videri solet, qui non propter spem futuri beneficij, sed propter magna merita claris viris deferunt, & datur. Propter etiam prope significat. Virgilius.

Et viridi in campo templum de marmore ponam
Propter aquam. Ob interduni significat ante.
Liuius. Fœda mors ob oculos erat.

Secundum, secus.

Caper negat rectē dici. Secus te sedeo, quia dieendum est, inquit, Secundum te sedeo. Variat autē secundū significatio[n]em. Cic. Proximē autem & secundum Deos, homines hominibus maximē utiles esse possunt. Heie post, & quasi secundo loco significat. Item secundū te iudico, id est, pro te. Secundū quietē tua imago mihi obseruata est, id est, in quiete. Vulgare est, secundū Solonē cecinit. Ouid. Ultima sc̄imper.

Expectanda dies homini est, dicique beatus
Ante obitum nemo, supremaque funera debet.

Vsque.

Vsque sine alia præpositione apposita gaudet plerunque postponi: vt. Romam vsque iter habeo. Addita præpositione transit in aduerbiū. Cic. Vsq; ad Numantiam misit. Terent. Ex Aethiopia est vsque hæc. Vsurpatur etiam quando aduerbiū est, pro assidue, diu, semper Plaut. Valuistin' vsque?

Præpositiones ablatiui casus.

A, ab, abs, idem significant. Sed à solum cōsonantibus iungitur, ab vocalibus: raro autem alijs consonantibus quàm i consonanti, & liquidis l, & r: vt, Ab Ioue, ab lege, ab Rege. Ouidius.

Viuitur ex rapto, nec hospes ab hospite tutus,

Non

GENITIVI.

Non sacer à genero, fratrum quoque gratia rara est.
Abs vix aliter utimur, quam ante q. & t. vt, Abs Tito. Tetēt.
Abs quiuis homine beneficiuni accipere gaudes.

A vel ab, pro post, ornate ponuntur. Persius.

O lane, a tergo quem nulla ciconia pinsit.

Item defensionis vim habent. Cicero. M. Cælius talis Tribunus fuit, vt nemo contra ciuium perditorum popularem, turbulentamq; deinentiam à Senatu, & à bonorū caussa sterterit constantius: id est, pro partibus Senatus, pro partibus bonorum. Ab epistolis, a rationibus dicitur, qui epistolis, rationibus præst. A secretis, id est, secretarius, secretoruim socius. Ab re, id est, præter rem, indecens, inutile. Lilius. Haud ab re duxi.

Cum.

Cum aliquando euphonie caussa necessariò postponitur: vt, Mecum, tecum, secum, nobiscum, vobiscum. Quacum, quocum, quibuscum: melius quam, cum qua, cum quo, cum quibus. Cicero. Quid dulcius, quam habere quo cum omnia audeas loqui, vt tecum?

Coram, clan, ante, palam.

Coram aduersatur clam, & differt ab ante. Nam ante oculos, longè intelligi potest: Coram, proximitatem significat. Terentius. Quæ mihi ante oculos coram amatorem adduxit tuum. Differt quoque coram a palam. Coram ad certas personas pertinet: Palam ad omnes, & ferè aduerbiū est, pro manifeste. Terentius. Que vera audiui taceo, & cōtineo optime: Sin falsum, aut vanū aut fictū est, cōtinuo palam est.

De, e, ex.

De ab à differt. De materiam significat, quemadmodum e & ex. A nunquam materiam innuit, sed efficientem caussam. Plin. Liber tam ineptus, vt non de puer, sed à puer factū esse credas. Diuersa sunt igitur. Hoc de te audio, & hoc audio a te: heic enim est caussa efficiēs, illuc materialis.

E & ex idem significant, sed è consonantibus tantum iungitur: vt, E iure. E republica, id est, ad utilitatem reipublicæ. Ex tam vocalibus quam consonantibus: vt, Ex arbo-re. Ex dignitate, id est, pro dignitate, vel ad dignitatem.

E re-

R E G I M E N

E renibus labore, id est, morbum patior in renibus. Ex sententia aliquid habere, id est, ad votum & desiderium nostrum. Ex composito, id est, dedita opera. Ex Amphitheatro venit, qui in illo fuit. Ab Amphitheatro venit, qui in loco fuit illi proximo.

Pro.

Comes facundus in via pro vehiculo est, id est, vehiculi vice. Sto pro turribus, pro Ioanne, ut turre, ut Ioannem defendam. Pro viribus, pro virili, vulgaria sunt. Pro foribus, id est, ante fores. Pro rostris, pro tribunali, id est, iu rostris, in tribunali.

Præ.

Præ significat ante: ut, Præ cunctis es honorandus. Et propter vel ab. Terentius. Ut sit misera præ amore. Comparatio-
nis præterea vim habet. Idem. Heic ego illum contemni
præ inc.

Præpositiones communes. In cum accusatiuo.

In accusatiuo seruit, quoties inotum ad quāuis rem signifi-
camus. Motum dico, vel manifestum: ut, Redeo in gratiā.
Horatius. In vitium dicit culpæ fuga, si caret arte.

Vel latenter: ut, Avaritia erexit in horas. Martialis.

Hesterno fœtere mero qui credit Acerram,

Fallitur: in lucem semper Acerra bibit. Virgilius.

Scinditur incertum studia in contraria vulgus.

In pro contra ponitur: ut, Crudelis in priuignos nouerca.

In uehor in æmulum. Virgilius.

Quid n̄ eius Aeneas in te committere tantum?

Quid Troës potuere: Item in pro erga. Idem.

Accipit in Teucros animum, mentemque benignam.

In, & sub cum ablatiuo.

Cum in loco, aut alia re, quid fieri significamus, in & sub
ablatiuum postulat: ut, Versor in foro, sub die, sub nocte. Ci-
cero. Verum decus in virtute positum est, quę maxiniè illu-
stratur magnis in républicam in eritis. Virg. Aedib' in me-
dijs nudoq; sub ætheris axe Ingens ara fuit. Ouidius. Scili-
cet ut fuluum spectatur in ignibus aurum.

Tempore sic duro est experiuenda fides.

In pro-

GENITIVI.

In pro inter ponitur. Virgilius. cadit & Ripheus, iustissimus unus Qui fuit in Teucris.

Sub cum accusatiuo.

Sub accusatiuum habet, vbi motus fit ad rem: vt, Eo sub tectum. Virgilius. Postesque sub ipsos Nituntur gradibus. Item sub, pro paulò antè, vel circa. Erasm. Sub cœnam paullisper inambula, cœnatus idem facito. Sub somnū exquisiti quippiam ac dignū memoria legit. Et pro statim post: vt, Sub hæc verba. Cicero. Plancio. Sub eas statim recitatæ sunt tuæ.

Super, & subter cum accusatiuo.

Super quando aduersatur præpositioni subter, cum accusatiuo sçpius legitur: vt, Super aëra æter est. Similiter quoties ultra significat: vt, Super Garanantes, & Indos Proferet imperium. Et præter. Suetonius. Super cetera flagitia. Sic subter siue quies fuerit, siue motus, accusatiuum ferè semper habet, Poëticè interdum ablatiuin. Virg.

Subter densa testudine.

Super cum ablatiuo.

Super pro de possum, habet ablatium. Virgilius.

Multa super Priamo rogitans, super He^tore multa.

Præterea pro in, aut propter, Virgilius. Fronde super viridi.

Non moueor super hac re, id est, propter hanc rem.

De genitiuo, & obiter de alijs casibus pro aduerbijs loci. REGVL A X V I I I.

Questio si fiat per vbi, nomenq; prioris

Sit numeri, & proprium seu primæ, siue secundæ:

In patrio dabo, quando locum designo minorem.

Militiæ, belli, atq; domi, sic ponis humi q;

Addimus interdum dictis, terræq; togæq;.

Propria nomina pagorum, & oppidorum (quæ minora loca dicuntur) primæ vel secundæ declinationis, singularis numeri, & appellatiua, Militiæ, belli, domi, humi, terræ, & togæ, cū quaestio fieret per vbi, apponetur verbis, vel participijs in genitiuo, pro aduerbijs loci: vt si queratur, Vbi est papa? Optime respondebis. Est Romæ. Vbi studuisti? Stu-
dui

R E G I M E N

dui Gandaui. Vbi est segniis? Domi. Vbi agit temerarius? Militia. Sic poma iacent humi. Condo corpus terra; id est, in terra. Gratus Principi belli, togęq;. Hoc per ablatiuū dicere posses. Plin. Dubiū est, togāne an bello prestātor fuerit. Humi construitur, etiam cum verbo motus ad locum. Virg.

Nec priū absistit, quām septem ingentia vīctor
Corpora suudat humi. Idem. Procumbit humi bos.

Si ternae nomen fuerit, numeriū secundi,
Cum ruri dabitur terno aut sexto: mage terno.

Nomina propria oppidorum aut pagorum tertiae declinationis, aut pluralis numeri, cūm quēstio sit per vbi, ponuntur pro aduerbijs loci in datiuo, vel in ablatiuo : elegantius autem in datiuo, cum appellatiuo ruri : vt, Terentius natus est Carthagine, vel natus est Carthagini. Tarquinius vixit Gabijs. Studes Athenis. Ruri philosopharis. Dices & rure per ablatiuū, Liuius. Scipio vitam Literū egit sine desiderio vrbis: morientem rure, eo ipso loco sepeliri se iussisse fertur. Per datiuū locutionem esse lepidorem, innuit Seruius, nec desunt apud Latinos scriptores testimonia. Cicero. Conuento Antonio Tiburi. Liuius. Quæ Roma, quæque Carthagini acta.

Appendix.

Non solū pro aduerbijs localibus quidā datiuui ponuntur, sed inueniuntur etiam pro aduerbijs temporis positi, aut verius aduerbia sunt: vt, Tempori, luci, vesperi, quibus addi potest sorti, id est, per sortem, Virgilius.

Sunt quibus ad portas ecedit custodia sorti. Terentius. Nunquam tam mane egredior, neque tam vesperi domum reuertor, quin te in fundo conspicere fodere.

Tu sextum casum, si quando per vnde rogaris,
Aut quā, responde. si per quō, ponito quartum
In proprijs: quibus vſq; cupit rus cum domus addi.

Nomina propria oppidorum aut pagorum, vbi quēstio fieret per vnde, aut per quā, ponuntur pro aduerbijs loci in ablatiuo sine prēpositione cuni duobus appellatiuis rus & domus: vt, Vnde venis? Venio Roma, Tibure, domo. Teren-
tius.

GENITIVI.

tius. Timeo ne pater iam rure redierit. Quà ibis Romam? Colonia. Sed heic per præpositionem sæpius loquuntur propter amphibologian vitandam: vt, Per Coloniam proficisci Romanum verius.

Si per quò, ponito quartum.) Nomina propria oppidorū vel pagorum, vbi quæstio fit per quò, ponuntur sine præpositione in accusatiuo, cum appellatiuis, rus & dom⁹: vt, Quò vadis? Vado Gandauum, Brugas, Parisios. Terentius. Ego cum filio rus ibo. Virgilius.

Ite dominum saturæ, venit Hesperus, ite capellæ.

Barbarus haud fies, apponens præposituris.

Si quis dictis nominibus præpositionē interdū adiiciat, nō censembitur Barbarè locutus. Quintilianus. In domo futrum factum ab eo, qui domi fuit. Liuius. Legati ab Ardea veniūt. Cic. Ad capuā, vel ad Luceriam iturus putabatur. Maxime autē vti licet ad, vbi locū proxium significamus: vt, Hostes venerūt ad Gandauū, id est, in locū Gandauo vicinum.

Appendix.

Accidentibus adiectiuis, vix abesse potest præpositio. Propert. Magnum iter ad doctas proficisci cogor Athenas. Excipiuntur nucus, tuus, sius, noster, vester, & alienus. Dicimus enim. Sum domi meæ, tuæ, &c. Cicero. Malo esse cum timore domi meæ, quàm cū periculo domi alienæ. Dicendū est igitur. Versor in domo amplæ, magnifica, regia: non autem: Versor domi amplæ, magnifica, regiæ. At Liuius ait. Capuam flectit iter luxuriantem longa felicitate ac indulgentia fortunæ. Sic & alij interdumi. Eodem quoque modo maiorum locorum nomina, sine præpositione adverbialiter posita inuenies: licet aliter grammatici præcipiant, vt subnotabimus.

Annotatiuncula generalis.

Diximus vbiq[ue] propria oppidorum & pagorum nomina quia proprijs aliorum locorum, vt regionum, insularum, montium, fluviorum, & præter dicta, appellatiuis omnibus adhæret præpositio, iue actio fiat in loco, de loco, per locum seu denique ad locum. Plancus Ciceroni. Ab Hisara castra moui, pontem tamen quem in Hisara feceram, castel-

R E G I M E N

castellis duobus ad capita positis reliqui. Virgilius.
Per varios casus, per tot discrimina rerum,
Tendimus in Latium. Horatius.
In piger extreinos currit mercator ad Indos,
Per mare pauperiem fugiens, per faxa, per igneis.

De aduerbijs localibus.

Vbi, quò, quà, vnde, quorsum, & quoisque, de loco querunt, si nec relative, nec infinitè ponantur. Quaecunque autem nomina ad hæc prima quatuor diximus responderi, eadem ad quorsum & ad quoisque in accusatiuo reddi possunt, adiecto versùs, quando per illud: & vsque, quando per hoc facta est quaestio. vt, Quorsum tenes iter Aenea? Carthaginem versus. Quoisque re fata trahunt? In Italiam vsque. Hoc tamen s̄epe intelligitur, teste Valla. Sed de nominibus satis. Tribuitur etiam singulis sua aduerbia, de quibus nūc agendum est.

Aduerbia in loco.

Ad vbi respondentur: heic, illic, istic, ibi, alibi aliubi, ibidē, vbiique, vbi liber, vbi uis, sicubi, necubi, noncubi, passim, vulgo, inibi, vsquam, nusquam, peregrè, alicubi, intus, foris, superius, inferius, supra, infra, vel superius, inferius inuenies interdum, hòc, istò, illo: pro huc, istuc, illuc.

Aduerbia ad locum.

Ad quò respondet: Huc, istuc, illuc, intrò, foras, eò eôdē, aliò, aliquò, quoquò, quòlibet, quòuis, quodā, quopiā, si quò nequò, vltrò, citro, vtròque, neutrò, peregre, vsquam, nusquam, quòcunque, supra, infra, vel superius, inferius inuenies interdum, hòc, istò, illo: pro huc, istuc, illuc.

Aduerbia per locum.

Ad quà respondet: Hac, illac, istac, vsquā, nusquā, intus, foris, ea, eadē, quaqua, quacūq;, quaq;, qualibet, si qua, nequa, aliqua, alia, vtraque, & recta. Terentius. Cur non recta introisti? Cicero. Recta venit ad me.

Aduerbia de loco.

Ad vnde, respondentur: Hinc, illinc, istinc, intus, foris, vtrinq;, vndiq;, cominus, eimus, intrinsecus, extrinsecus, vtrinsecus, forinsecus, nusquam, inde, peregre, superne, inferne, stirpitus, humanitus, radicitus, cælitus, vndeunde,

D A T I V I .

de, vnde cunque, vnde libet, aliunde, alicunde, sicunde, &c.
Dehinc non loci, sed ordinis aduerbiū est, pro post hoc.
Abhinc temporis est, pro ab hoc tempore.

Aduerbia locum versus.

Ad quorsum, respondentur: Horsum, istorsum, illorsum,
sursum, deorsum, antrorsum, dextrorsum, lauorsum, fini-
storsum, retrorsum, aliorum, quoquouersus, vel quoquo-
uersum.

Aduerbia vsq; ad locum.

Ad quousque respondentur: Hucusq;, istucusque, illuc vs-
que, hactenus, & cetera.

Annotatiuncula generalis.

Heic, illic, istic, &c. eodem modo differunt, quo pronomi-
na, hic, iste, ille. Hic pronomen pertinet ad primam perso-
nām, & me significat, aut meū: aut quod est vbi ego sum,
vel habito, aut de quo loqueror.

Iste refertur ad secundam, & significat te, aut tuum: aut
quod est vbi habitat, vel de quo loqueris.

Ille ad tertiam pertinet, & neutrū prædictorum signifi-
cat, sed tertium quiddā. Plaut. Quis est, quē videmus veniē-
tein, pannosum ac squalidum? Ille est noster Syrus?

Heic aduerbiū significat in loco, vbi ego sum. Iste in
loco vbi es tu. Illic in loco, vbi est de quo loquuntur.
Huc, id est, ad hunc locum. Istuc, id est, ad istum locum in
quo tu es. Illuc, id est, ad illum locum, in quo nec ego sum
nec tu. Sic dices de alijs.

D A T I V I R E G I M E N .

R E G U L A I .

Fixa dabunt ternum substantiuo, mediante
Verbo: quod per habet contingit s̄epe resolui.

Omne nomen substantiuin potest regere datiuum, me-
diante verbo substantiuo, quod exponitur per habeo: vt, Mi-
hi liber est, tibi pecunia, id est, ego librum habeo, tu pecu-
niā. Virgilius. Sancta probis pax est. Idem.

Ludite securi, quibus est x; semper in arca.
Dic etiam, Mihi bene est, id est, bene habeo, bene valeo.

E

Sunt

R E G I M E N

Sunt qui dicunt huius regulæ datiuum à nomine regi, mediante verbo substantiō. Alij dicunt regi ab ipso verbo, Suum cuique reclinquo iudicium.

R E G U L A II.

*Ternum pro quarto aut sexto cum præposituris
Ponimus: it clamor cælo, mihi filia curæ est.*

Cur tibi despicio? nunc omnibus itur ad aurum.

Datiūs ponitur sæpe pro accusatiō vel ablatiō cū præpositione: vt, Id clamor cælo, id est, ad vel in caluni. Inferretq; Deos Latio, id est, in Latium. Despicio tibi, id est, à te. Curritur omnibus ad aurū, id est, ab omnibus. Tu es mihi visus, Publius. Mora omnis odio est, sed facit sapientiam.

Gemini datiuī.

Sunt quæ præter datiuum huius regulæ, alium admittunt datiuum: vt, Filia est mihi curæ. Sum tibi auxilio, præsidio, cōsilio, cōmodo. Terent. Sunt hæ tibi nuptiæ cordi? Horat. Nec timuit sibi ne vitio quis verteret olim. Sic, do tibi hæc rem doti, vel doteni. Suni tibi documento, vel documentū. Plaut. Est ager hic nobis sub vrbe : quem dabo dotem fotori.

R E G U L A III.

*Acquisitiū si pon. us verba, datiuum
His dato . communiis ferme omnibus esto datiuus.*

Omne verbum acquisitiū possum regere potest datiuū rei acquirentis: in cuius honorem, vituperationem, utilitatem, damnum, lætitiam, iucunditatem, fauorem, petitionem, similitudinem, aliquid fieri significamus: vt, Doce mihi problem. Cicero. Non omnibus dormio. Virgilius.

It hasta Tago per tenipus vtrunque. Idem.

Centum cui tempa Sabæo thure calent.

Persius ad desidem. Tibi luditur, effluis amens:

Contemnere. Horatius.

Omnem crede diem tibi diluxisse supremum. Ouidius.

Catus & bique valet, semper tibi pendeat hamus:

Quo minimè credis gurgite, piscis erit.

Cum

DATIVI.

Cum datiuo accusatiuum regentia.

Decuplicia verba datiuum cum accusatiuo plerunque res-
gunt.

1. Verba comparandi: Comparo, compono, confero, as-
simulo, a commido, a quo, ex a quo, ad e quo, postpono, post-
habeo, antepono, antefero: vt, Compato Virgilium Home-
ro, vel per ablatiuum cum Homero. Horatius.

Interdum vulgus rectum videt, est vbi peccat:

Si veteres ita miratur, laudatq; poetas,

Vt nihil anteferat, nihil illis comparet, errat:

Cicero ad Lepidum. Hoe esse animo scito omnes sanos, ve
mortem seruituti anteponant. Confero te Ioanni, id est, co-
paro. Confero tibi, vel in te beneficium, id est, do. Confero
me ad villani, id est, eo.

11. Dandi, vel reddendi: Verba dandi: Do, dono, imper-
tio vel impertior, partior, impendo, diuido, distribuo, præ-
beo, lego legas, exhibeo, concedo, mutuo, commodo, fene-
tor, stipulor, adhibeo, adjicio, adiungo, admoveo, addo, &
similia.

Reddendi: Reddo, restituo, resigno, retribuo, rependo,
repono, refero, soluo, &c. vt, Par pari refero. Plautus. Do ti-
bi operam, si quid est, quod me velis. Horatius.

Quis scit, an adjiciant hodiernæ crastina vitæ.

Tempora Diij superi.

Dicimus, Dono tibi equum, & dono te equo. Dono te ciui-
tate, id est, efficio te ciuem. Impertio, vel impertior tibi sa-
lutem, vel impertior te salutem.

111. Iubendi, & prohibendi. Verba iubendi. Iubeo, pre-
cipio, mando, impero, iniungo, comitto, edico, & ce-
tera.

Prohibendi verò: Prohibeo, nego, denego, interdico,
&c. Publius. Nil peccent oculi, si animus oculis imperet.
Iubeo tibi hanc rem, & aliquando, iubeo te hanc rem, cum
duobus accusatiuis. Cicero. Non quia te aliquid iuberem
subaudiri videtur facere. Prohibeo, interdico tibi domum,
vel prohibeo, interdico te domo. Plaut. Damna multa mu-

R E G I M E N

lierum, me vxore prohibent. Interdico s̄epius inuenies cum datiuo & ablatiuo: vt , Interdico tibi domo mea. Per eosdem casus & impersonaliter, lepide loquimur. Cicero. Male rem gerentibus patrijs bonis interdici solet. Passiūe dices: Interdico aqua & igni: aut, Aqua & ignis interdicuntur mihi. Hue pertinent te in p̄ero & moderor. Plautus. Lingua tempera. Tempero irā, & ab ira. Moderor tibi, & te.

i t t i . Verba nuntiandi, indicandi, declarandi : Indico, nuntio, declaro, annuntio, insinuo, manifesto, reuelo, recludo, referto, patefacio, aperio, monstrō, ostendo, significo, lego, interpretor, suggero, dico, prædico, exprimo, narro, enarrō, memoro, recenseo, recito, repeato, refero, respondeo, fari, loqui, &c. Indico tibi veritate in : primæ coniugationis secundam syllabam corripit. Indico venti bellum, id est, de-nuntio: tertia est, & secundā producit. Dic tibi diem, id est, tempus constituo. Refero tibi hanc rem, id est, narro. Referto ad te, id est, in consultationenm fero. Quinetil. Non resultit ad matrem, non propinquos consuluit, non amicos. De his referam ad Senatum potius: quam, hæc referam ad Senatum. Refero tibi acceptum, id est, fateor ine accepisse aste. Cic. Vitam acceptam refert clementia tua. Respondeo quæstioni & ad questionem. Structuram perpendiculo, vel ad perpendiculum respondere oportet, id est, conuenire.

Virgilius.

Illa seges demum votis respondet auari.

Agricolæ, id est, satis facit.

v. Vindicandi, Vindico, adscribo, usurpo, occupo, addico, acquirō, adipiscor, &c. non idē, sed simile quid significantia: vt, Vindico mihi hunc librum. Adscribo tibi honorem.

v i . Mittendi: mitto, transmitto tibi litteras. S̄epius mitto ad te, scribo ad te, quam tibi dicimus. Legauit Rex ad nos decē oratores. Destino tibi litteras. Promitto raro legitur: sed propriè significat assigno, delibero, constituo. Virg. Me destinat aræ.

v i i . Opponendi: Oppono, obijcio, offero, offundo, &c. Cicero in Sallustium. Ego meis maioribus virtute mea præluxi: tu tuis vita, quam turpiter egisti, magnas offusdisti tenebras: quare noli mihi antiquos viros obiectare.

D A T I V I .

viii. Promittendi: Spondeo, despondeo, promitto rogatus, polliceor vtrō, pollicitor, recipio: vt, Redde quæ coram receipisti mihi, id est, promisisti. Recipio te, notum est. Do tibi fidem, id est, sanctè promitto. Habeo fidem, id est, credo.

ix. Subiugandi: Subiūcio, submitto, supero, debello: vt, Rex subiugauit sibi hosteis. Horat. Mihi res, non me rebus submittere conor.

x. Plurima verba, de quibus non est certa regula, datiuum & accusatiuum postulant: vt, Minor, interminor, debeo, inuideo. Plin. Neque ego, vt multi, inuideo alijs bonum, quo ipse careo. Debeo tibi vitam. Assuesco pro assuefacio: nam alioqui soluī datiuum habet. Quintil. de puer. Non assuescat, ne dum infans quidem est sermoni, qui dediscendus sit. Suadeo, persuadeo. Plaut. Odi ego aurum, multa multis sœpè sualit perperam. Impono vrbem monti. Impono tibi, id est, decipio te. Commendo te Regi, id est, amice cōmitto. Commendo te apud Regem, id est, laudo. Credo, fido, confido, committo. Terent. Ah scelestē, ouem lupo cōmisisti. Dices etiam. Fido, confido hac re. Formido, metuo, timeo te, ne quid mali mihi facias. Publius. Inimicum quamuis humilem docti est metuere. Formido, metuo, timeo tibi: ne quid mali tibi contingat: vt, Metuo tibi iufertunium.

Annotatiuncula generalis.

Quemadmodum datiuus sœpè ponitur pro accusatiuo aut ablatiuo cum præpositione, ita vicissim quandoque accusatiuuus aut ablatiuuus mediante præpositione verbis adhærent loco datiuui. Hinc variam constructionem multa verba sortiuntur: vt, Loquor tibi vel ad te, vel loquor tecum. Misceo aquam vino, vel cum vino. Nitor hastæ, vel hasta, vel in hastam: sed peculiare est Nitor ad hanc rem. Fab. Altius ibunt, qui ad summa nituntur. Huc plurima sanè pertinent verba, quæ diligentí lectione obseruanda ac vsu, qui vbiique multum potest, discenda ceno.

R E G I M E N

Verba datiuum, ut proprium casum, regentia.
Tertius est verbis proprius natis fore, sum, fit,
Aq; manente facit: poscunt hunc s̄epe per, ob, con,
Ante, sub, inter, ad, in, tum pr̄e coniuncta: quibus do
Occurro, faueo, studeo, medeorq; & adulor
Auxilior, famulor, noceo: sed dat inuo quartum,
Pareo, pr̄esideo, pugno, cum parcere, grator,
Quęq; frequenter erunt impersonalia, iunge
Contingit, restat, placet, euenit, accidit, & fit,
Sufficit, & constat, libet & liquet, & dolet: addo
His vacat, & conducit, & expedit, & licet atq;
Conuenit, & pr̄estat: sed dicto pertinet ad me.
Attinet & spectat, recte coniungimus isti.
Multā regunt ternū, quibus haud est regula certa.

Datiuum ut proprium casum regunt verba
vnde uige cupicia.

i. Composita à fote datiuum sibi proprium exigunt:
vt, Spero hęc mihi profore. Vtinam Ioannes adforet no-
bis. Cicero Sulpicio. Maior mihi ratio adfote nulla po-
test, quàm coniunctio consuetudinis, sermonumque no-
strorum.

ii. Composita à sum: vt, Adsum, desum, obsum, prosum,
absum, insum. Publius. Luxuriæ desunt multa, auaritix om-
nia. Asinius Pollio Cic. Neque deesse, neque superesse Rei
publicæ volo, id est, superistes esse. Supersum labori, id
est, vinco laborem. Quædani pro datiuo vel accusati-
uum vel ablatiuum addita pr̄epositione fortiuntur. Di-
cimus enim, Adsum pugnae, adlum in pugna, vel adlum ad
pugnam. Proinde puer fac memineris iam datae annota-
tiunculae.

iii. Composita à facio & sio, vbi facio non mutat a in i:
vt, Satisfacio tibi, satisfit tibi. Malefacio, benefacio patri.

D A T I V I .

Sallustius. Pulcrum est benefacere Reip. Brutus Cie. Cuī rei gratias vix referre possum , huic verbis non patitur res satisfieri.

1111. Cum præpositionibus quibuslān composita. Verba plurima cum his præpositionibus, ob, con, ante, sub, inter, ad, in, præ, composita datiuū postulant.

O B. Occumbo, obluctor, obrepo, obgannio, obinur-muro, occino, obturbo. Virgilii. In vtrinque para-tus,

Seu versare dolos, seu certæ occumbere morti.

Idem.

Genibusq; aduersæ obluctor arenæ.

C O N. Condormio, consono, colludo, contuuo. Com-morior tibi, vel tecum. Cicero. Omnis oratio moribus consonet. Terentius. Ex Andro commigravit huic vici-niæ. Et nomena quædam à con composita datiuū habent: vt, Concolor coruo. Cognominis Paulo.

A N T E. Antecello, antecedo, anteo, antesto, anteuento illi, vel illum doctrina. Cic. pro Archia. Autecellere omnibus ingenij gloria contigit. Plaut. Virtus omnibus rebus anteit. Terent. Miror vbi ego huic anteuerterim, id est, hanc præcesserim. Suet. in Aug. Magnificentia omnicis au-tecessit.

S V B. Succedo tibi, subiicio, subiaceo, suboleo: vt, Pe-cunia fortunæ subiacet. Virgilii. Nostris succede Pe-natibus hospes. Plautus. Subolet iam vxori, quod ego ma-chinor.

I N T E R. Intersero, intersono, interuenio, inter-sum, intermisceo, interimico: vt, Lopus interuenit fa-bulæ, Claudianus. Rutilum squammis intermicat au-rum.

A D. Arrideo, acclamo, adsto, acquiesco, assideo, adhe-seo, appropinquō, allabor, admolior, aligor: vt, Lucretia adegit cultrum cordi. Hor. Parcus ob herediis curam nimium-que seuerus. Assidet insano. Virgil. Antiquis Curetum alla-biniuoris.

I N. Impendo, insurgo, insulsurro, inhio, innitor, im-

R E G I M E N

moror, inhæreo, insideo saxis. Cicero. Omnibus, quorum mens abhorret a ratione, semper aliquis alijs dolor, alijs terror impendet. Virgilius. Vela cadunt, remis insurgimus. Immineo, incedo, pro inuado, immitto illi, vel in illum.

Ouidius.

Imminet exitio vir coniugis, illa mariti.

Cicero. In nostras fortunas imminent.

Virgilius.

Regibus incessit magno discordia motu.

Sed incedo, & alia non nulla ab in composita accusatum quoque exigunt sine præpositione, per regulam quintam constructionis accusatiui. Intendo vires, id est, extendeo. Intendo animum studijs, id est, do operam studijs.

Horatius.

Inuidia vel amore vigil torquebere, si non

Intendes animum studijs, & rebus honestis.

P R A E: Præpondero, prænito tibi fide. Cicero. Suis maioribus virtute præluxit. Præcurro, præeo, præcedo, præsto omnibus, vel omnes. Plautus. Vestrae fortunæ meis præcedunt. Cæsar. Heluetij reliquos Gallos virtute præcedunt. Cicero. Hoc præstat amicitia propinquitati, quod ex propinquitate benevolentia tolli potest, ex amicitia non potest. Quintilianus. Præstat ingenio alius alium.

v. Verba occurrenti datiuum habent. Persius. Venienti occurrite morbo. Sic obuio, obsto, obfisto, occuiso. Virgilius Occursare capro, cornu ferit ille caueto. Ouidius. Principijs obsta, serò medicina paratur, Cùm mala per longas inualuere moras. Obuius nomen, & obuiam aduerbiū similiter datiuū regunt: vt, Suni tibi obuius. Venio tibi obuiam. Sic præuius. Ouidius. Præuius Auroræ Lucifer ortus erat.

v i. Verba fauendi: vt, Fauco amico. Sic annuo, arriden, subscribo, consentio, assentio, vel assentior, hæreo, adhæreo, adstipulor, concino, suffragor, accedo, bene volo, bene cupio, bene opto, & cetera.

Virgilius.

Iupiter omnipotens audacibus annue cœptis.

Ci-

D A T I V I .

Cicero . Senatus mihi assensus est . Assentior quandoque regit accusatiuum cum datiuo . Cicero primo de Oratore . Cetera assentior Crasso . Idem . Quare tibi Antoni vtrumque assentior . Virgilius . Adspirat primo fortuna labori , id est , fauet , auxiliatur . Cicero . Ad hanc laudem adspirare non possunt , id est , de hac laude acquirenda , ne sperare quidem possunt . Accedo tua sententia , id est , assentior . Nouuni plerunque infortunium nouo accedit dolori , siue ad nouum dolorem , id est , adiungitur .

vtt . Verba studendi , & diligentiam adhibendi . Studeo , incumbo , incubo , atteendo , indulgeo , insisto , insto , inhio , insudo , inuigilio , innitor , vaco , inliereo , operam do , impendo , nauo , adhibeo operam : vt , Studeo Grammatica . Inuigilio pecunie . Cicero . Quantum quisque reipublica studuit , tantum mihi fuit aut amicus , aut aduersarius . Studeo , pro vehementer cupio , aut volo , regit accusatiuum . Idem . Vnum sentitis , vnum omnes studetis . Dicimus : Incumbo laudi , & incumbo ad , vel in laudem . Tullius . Mi Plance incumbe toto pectori ad laudem . Idem . Incumbe per Deos immortales in eam curam & cogitationem , quæ tibi summam dignitatem & gloriam afferat . Illud autem Virgilij .

Incubuitque toro , dixitque nouissima verba .

Pertinet ad composita ab in . Attendo iuri , vel ius . Insiste negotio sapienter , id est , da operam . Insiste bonorum vestigijs , id est , innitere . Habet etiam accusatiuum . Virgilius .

Nulli fas casto , sceleratum insistere liumen ,
Insto operi , id est , diligenter insisto , Insto opus , id est , aggredior , facio opus . Tibi multa boua instant à me , id est , futura sunt .

Heu , quantæ miseris cædes Laurentibus instant .

Vaco , pro cesso , aut careo , capit ablatiuum cum à , vel ab : vt , Vaco à labore , à studio , id est , non labore , non studeo : Cicero . Vacare à culpa , magnum est solatium . Quandoque præpositio omittitur . Idem . Nullum est tenipus , quod iustitia vacare debeat . Huius constructionis cau-

R E G I M E N

Sam require in regula nona genitui.

viii. Medendi : Medeō, & medicor, & si qua sunt his significacione conformia. Virgilius, Semibus medicatur an helis. Lattant. Circumspice conscientiam tuam, & iniuriam medere vulneribus. Legitur etiam utrumque cum accusatio.

ix. Adulandi verba : Adulor, blandior, assentior, applaudo, lenocinor, palpor : ut, Adulor diuiti, blandior matrī, assentior nobili. Indoctis applaudit plebecula. Cicero. Tibi seruiet, tibi lenocinabitur. Plautus. Observatore quam blandè mulieri palpabitur. Palpo, palpas, idem quod palpor, accusatiuum regit, aut datum.

x. Verba auxiliandi : Auxilior, subuenio, succurro, adminiculor, opitulor, patrocinar, commodo, subeo, prospicio, promdeo, caueo, consulo, de quo dictum est Latius : ut, Auxiliortibi, subuenio pauperi. Caeuo tibi, id est, prospicio. Lege cautum est, id est, prouisum est. Caeuo periculum, id est, fugio. Caeuo te, vel a te, id est, prouideo ne mihi noceas. Plaut. Qui cauet, ne decipiatur, vix caueret, quem etiam cauet. Conducit, confert huic rei, vel ad hanc rem, id est, utile est. Iuuuo accusatiuum habet, olim etiani datum.

xi. Verba famulandi : ut, Famulor diuiti. Sic ancillor, seruio inseruio. Erasmus. Nil magis optandum, quam ut sacerdos immunis à coniugio, liber ac totus seruat Dominō suo.

xii. Nocendi verba : Noceo, resisto, inimicor, re fuctor, obnitor, insidior, obloquor, detraho, succenso, indignor, irascor, derogo, obtrecto, incommodo, offilio, renitor, iniurior, aduersor, oblisto, obsto, renun tio, dissentio, refragor, inuideo, maleuolo : ut, Noceo nemini. Deus superbis resistit. Horatius. Eutrapelus cuicunque nocere volebat. Vestimenta dabat pretiosa. Ter rent senex de Dauo. Quem ego credo manibus, pedibus que obnoxie omnia facturum, magis id adeo inibi ut incommodet, quam ut obsequatur gnato. Derogo & detraho tibi, vel de te. Cicero. Indignum est de lege aliquid derogare.

D A T I V I .

si , aut legem abrogari. Idem. Ille in Achaea non cessat de nobis detrahere. Aemulor illi, id est, inuideo : Aemulor illum, id est, unito. Illudo, insulto illi, vel illum aliquando. Lædo illi per datuum veteres dixerunt: nunc vero , lædo illum.

x i i i . Verba parendi sive obediendi : Pareo , obedio , obtempero , acquiesco , morigeror , obsequor , geniculor , supplico , audio , ausculto , cedo , concedo : ut , Pareo magistro , obedio patri.

Tibullus.

Longa dies homini docuit parere leones:
Audio tibi , vel audio te , id est , obedio . Cicero. Si me audies , vitabis iniurias . Audio cum datiuo rarius est . Audiens dicto sepiissime legitur : sed hec audiens nomen est , teste Diomede . Ausculto autem pro obedio , plerunque datiuum habet . Datus apud Terentium . Nec quid agam certum est , Pamphilumne adiuteni , an auscultem sem.

Cedo , concedo tibi , id est , locum do.

Ouidius.

Cedit amor rebus: res age, tutus eris.
Cedunt mihi haec bona, id est, in ius meum veniunt.
Concedo fato, id est, morior.

x i i i i . Verba praesidendi : ut , Praesideo , præsum , & cetera . Cicero. Debeo sperare , omnes Deos , qui huic urbi praesident , nulli , ac mereor , relaturos esse gratiam.

x v . Pugnandi verba poetice datiuum regut : apud oratores & historicos ablatiuum habent , intercedente cum elegantissime accusatiuum etiani cum prepositione in : ut , Pugno tibi , vel tecum , vel in te : sic Certo , digladior , concurro , congregior , & cerera . Virgilius.

Montibus in nostris solus tibi certet Amyntas . Cicero. Aequitas , temperantia , fortitudo , prudentia , virtutes omnes certant cum iniuritate , luxuria , ignania , temeritate , cum vitijs omnibus . At rebello , repugno , & quædam alia nusquam non datinum habent . Plinius . Difficilius est voluptati repugnare quam iræ . Ouidius , Ign-

R E G I M E N

Ignavis precibus fortuna repugnat. Sunt item quæ accusatiuum habent sine præpositione: veluti, debello, & expugno.

xvi. Verba parcendi & veniam dandi: ut, Parco, ignosco. Publius. Bonis nocet, quisquis pepercit malis. Plaur. Stultitiae, adolescentiæque eius ignoscas. Ignosco potest habere accusatiuum cum datiuo. Idem. Nunc hoc mihi ignoscas queso. Sic parco, pro conseruo. Virgilius. Multa talenta gnalis parce tuis. Parce lacrymis, iniuriæ, vindictæ, metu, id est, abstine à lacrymis, ab iniuria, & cetero. Virgilius. Parce metu, pro metui: antiquus datiuus est. Dicimus etiam per infinitiuū, parce lacrymari. Virgilius. Parce pias scelerate manus.

xvii. Verba gratulandi: ut, Gratulor & grator poëtis, historicisque proprium.

Ouidius.

Gratulor huic terræ, quod abest regionibus illis. Virg. Inueni gerinana viam, gratare sorori, Dicimus gratulor tibi hanc rem, hac re, de hac re. Cicero. Gratulor tibi victoriam. Idem. Gratulor tibi affinitate viri medius fidius optimi. Idem. Quod mihi de Italia gratularis, agnosco humanitatem tuam. His cognata sunt gaudeo, gratificor, & gratum facio. Cicero. Tibi gratulor, inibi gaudeo.

xviii. Quædam verba cum infinitiuo impersonalia, sine eo personalia (sed raro alter, quam in tertia persona) regunt datiuum: ut, Contingit, restat, & reliqua versibus comprehensa, quibus cognitis non erit labor, synonymorum, contrariantur constructionem perspicere: qualia sunt, obtingit, obuenit, perplacet, displicet, superat, superest, reliquum est, collibet, sedet, patet, & cetera.

De impersonalibus exempla. Horatius.

Non cuius homini contingit adire Corinthum. Ouid. Non vacat exiguis rebus adesse Ioui.

De Personalibus. Horatius.

Quod

ACCUSATIVI.

Quod satis est cui contingit, nihil amplius optet. PUBL.

Cui plus licet quam par est, plus vult quam licet.

Stat & praestat impersonalia raro datiuum habent expressum. Virgil. Stat casus renouare omnes. Sallust.

Nonne emori per virtutem praestat, quam vitam per dedecus amittere? Pertinet, attinet, spectat ad me dicendum est, non autem mihi.

xt x. Multa regunt datiuum, de quibus certa non constat regula, ut, Sto iudicio. Cano receptui, ut milites a pugna redeant. Cano progressui, ut ad pugnam progrediantur. Intercedit mihi tecum amicitia. Datius interdum solius festinatatis caussa verbis appingitur: ut, Suo sibi hunc iugulo gladio. Horatius. Quid mihi Celsus agit?

ACCUSATIVI REGIMINIS

REGULA I.

Ante volunt quartum verba infinita, suorum
Post casum præ nulla supina, gerundia nulla
Dant casum. dabitur verbi post casus agentis,
Ni sit in v. post uil capit hoc, vult mobile præ se.
Post etiam sequitur sua participans bene verba.
Nam regimen sit idem, si significatio par sit.

Omne infinitum verbi personalis potest ante se regere accusatiuum, post se autem casum verbi, à quo descendit: ut, Hominem parere Deo, æquum est. Terentius. Meum gnatum rumor est amare. Idem. Qui postquam audient filio suo non datum iri vxorem. Cicero. Hanc sibi rem præsidio sperant futurum. Heic non repeto, nominatiuum verbi finiti, reiectis particulis, quod, ut, aut simili, in accusatiuum ante infinitum mutari, proinde refer animum ad Syntaxia nominatiui, ubi & alia de infinituo dicta inuenies.

Gerundiorum, & supinorum constructio.

Præ nulla supina, gerundia nulla, &c.) Nec supinum nec gerun-

REGIMEN

gerundium regit ante se vllum casum : sed post se regit ca-
sum ve:bi actiux significationis: vt sicut dicimus, Legi hi-
storiā: ita venio caussa legendi historiā, vado lectū historiā.

Annotatimacula.

Casum dico verbi actiux significationis: quia vbi gerun-
dum & supinum passiuē capiuntur , non admittunt ablati-
um verborum passinē significantium , sed ponuntur ab-
solutē, teste Valla: vt male dicitur , Liber est difficilis ad in-
telligendum à nobis. Non venio vapulatum à te. Omitti
enim debet ablatiuus iuxta probatorum consuetudineim.
Virgil. Alitur vitium, crescitq; tegeudo. Idem. Vritq; vidē-
do femina. Quinctil. Memoria excolendo, sicut omnia alia,
angetur, id est, dum tegitur, videtur, excolitur. Refragantur
Vallæ Sulpicius & Calepinus: verū ipsi exempla singunt.
nulla è doctis afferunt.

Gerundiorum casus.

Quatuor sunt gerundiorum casus : nominatiuus in um:
vt, petenduni: genitiuus in di: vt, petendi: accusatiuus in dū:
vt, petendum: ablatiuus in, do : vr, petendo. Soluendo non
sum. Dubitari potest, inquit Valla, datinus ne sit , an ablati-
uus: vt cunque sit , gerundia dativi casus rarissimē innuenies
apud probatos scriptores. Iungimus soluēdo datiuū. Quin-
ctil. Pauperi soluendo non sumus.

De gerundio nominatiui casus.

Gerundiū nominatiui casus verbo substantino adhæ-
ret, cum quo necessitatē quandam indicat. Iunenalis. Vi-
tendum est recte. Horatius. Si vis me flere , dolendum est
Primum ipsi tibi. Ouidius.

Vtendum est aetate: cito pede labitur aetas.

Cicero. Iterandum eadem ista mihi, subauditur, est.

De gerundio genitiui casus.

Gerundia in di sapissime capiuntur actiue: vt, Caussa di-
cendi istuc vénio, id est, vt dicam. Palsiuē raro: vt, Missi filii
Coloniam erudiendi caussa, id est, vt erudiatur. Iustinus.
Athenas erudiendi gratia missus , quanto doctior maioris-
bus suis, tanto & gravior populo fuit.

Iunguntur nominibus substantiuis: amor, caussa, occasio, tē-
pus

ACCUSATIVI.

pus, locus, ratio, gratia, opportunitas & similibus: vt, Amor habendi, Caussa pereundi, Tempus tacendi. Ouidius, Carpe cibos digitis, est quidam gestus edendi:

Ora nec immunda tota perunge manu.

Iunguntur etiam in die adiectiuis: vt, Certus eundi, Peritus nauigandi. Notandum heic est infinitivum pro gerundio capi, huiusmodi nominibus appositum. Virgilius.

Sed si tantus amor, casus cognoscere nostros,
Et breuiter Troiae supremum audire labore
Incipiam.

Amor cognoscere, & audire, id est, cognoscendi & audiendi, siue ut cognoscas & audias. Ouidius de iuuentute & senectute.

Hæc dare consilium: pugnare paratior illa est.

Hæc atas bellum suadet: at illa gerit.

Paratior dare consilium, id est, ad dandum consilium.

Sic pugnare, pro ad pugnandum.

Habent interim in die gerundia genitium pro accusatio-
no, praesertim in plurali, licet Valla neget vitio carere: vt,
Composui hunc librum instituendi puerorum gratia. Plinius.
Cum illorum videndi gratia me in forum contulisse.
Illorum, pro illos dixit.

De gerundio accusatiui casus.

Gerundia in dum sepiissime significant actiue: vt, Intet legendum hoc notaui, id est, dum legerem. Passuum significationem raro tenent: vt, Persij carmen ad inrelligendum est difficile. Ponuntur cum ad, ob, propter, ante, & inter. Virgil. ante domandum Ingencis tollent animos. Bias. Ne præceps sis ad loquendum.

De gerundijs ablatiui casus.

Gerundia in do aliquando actiue significant: vt, Hos occidendo, illos atculando totam ciuitatem labefactasti. Aliquando capiuntur passiuè: vt, Memoria excolendo augeatur. Apponuntur dictiōnibus quæ ablatium requirunt: vt, Ex defendendo, quā ex accusando vberior gloria cōparatur.

Quin-

R E G I M E N

Quintil. Ratio recte scribendi, iuncta cum loquendo est.
Scribendo disces scribere.

Gerundiua nomina.

Ornatius per gerundiua loquimur, quam per gerundia. Conveniunt autem gerundiua cum dictiōnibus per gerundia rectis, in genere, numero, & casu: ut, Causa habendę pecunia tibi famulor: per gerundium diceres, Causa habendi pecuniam. Sic per gerundium dicimus, Petendum est pacē: Per gerundium, Petenda est pax.

Gerundiuarum nominum casus.

Gerundina in vocatiuo vix vñquam reperiuntur. In nominatiuo rara sunt absente verbo substantiuo, quale est hoc Virgilij. Voluenda dies en attulit vltro, id est, quæ voluitur. Gerundiuarum obliquis saepe vtimur. Ouid.

Nunc fecundus ager, pecoris nunc hora creandi,
Nunc avis in ramo tecta Lareniq; parat. Virgilius.

Tantus armor florū, & generandi gloria mellis.
De datiuo: Vaco agro colendo, Vineæ pastinandæ, Nemori succidēdo. De accusatiuo. Cic in Catilinā, Viuis, & vinis nō ad deponēdā, sed ad cōfirmādā audaciā. De ablatiuo. Labo rauī iu colendo agro, in cōficienda epistola. Cic. Orationem autē Latinā profectō legendis nostris efficies pleniorēm.

Appendix de supinis.

Supina in um apponuntur verbis aut participijs motum significantibus: vt, ē venatum. Vel clam indicantibus motum: vt, Do filiam nuptiū. Plautus. Heu senex pro vapulando hercle ego ab te mercedem petam.

Coctūm ego, non vopulatum dudum conductus fui.

Horat. Spectatum admissi risum teneatis amici.

Supina in u elegantissimè cōstruuntur cū adiectiuis sine villo regimine. Plinius. Accipenser piscis rarus inuentu. Cicer. Non facile est diētu, quantopere conciliet amicos comitas, affabilitasq; sermonis. Ouidius.

Turpe quidem diētu, sed si modo vera fatemur,

Vulgus amicitias vtilitate probat.

Constructio participiorum.

Post etiam sequitur sua participans, & cetera.) Omne par-

ACCVSATI VI.

participiū regit post se casum verbi sui: vt sicut dicim⁹, Amo Deū, ita amās Deū, & amatur⁹ Deū: vt, Amor à Deo, ita amatus, & amādus à Deo: sic seruiēs Deo, vapulās à magistro.

Verborū cōmuniū in ns & in rus participia regunt accusatiuum patientēi. In dus ablatiuū agentem mediante p̄tæpositione. In tus vtrinque admitunt casum, accusatiū in significatione actiua, ablatiuū in passiua.

Quando participium nomen fiat.

Participium transit in nomen quinque modis.

Constructione, cūm aliuīn quām verbū regit casum: vt, Situs valorum, Acceptus tibi.

Comparatione: vt amans nomen est, cūm facit comparatiuum amantior.

Cōpositione, quoties aliter cōponitur quā verbū: vt, illæsus, innocēs, nomina sunt, quia nō dicim⁹ illædo, innoceo. Amissione tēporis: vt, Palleat omnis amās, Beat⁹, pro diuite.

Ammissione significationis: vt, Indictus, pro non dictus, quia indico minimē significat non dico: sic ingenitus, pro non genitus, Amandus, pro amari dignus.

Nam regimen sit idem, &c.) Cur gerundia, supina, & participia regant casus verborum suorum, ratio h̄c est. Vbi significatio est eadem, idem etit & regimen.

Appendix.

Per eandem rationem nomina quædam pro participijs posita verborum casus regunt: vt, Præscius futura populabundus agros, Iustin, Gratulabundus patriæ exspirauit.

Item & verba neutra pro actiuis, habent actiuerū casus: vt, Aino regit accusatiuum, ergo etiam ardeo, pro vehemēter amo. Virgilius. Formosum pastor Corydon ardebat Alexin. Sic pereo, depereo puellam. Huc pertinet accusatiuum proprij actus regentia: Veluti, Curro longum cursum. Viuo vitam. Gaudeo gaudium. Setuio miseram seruitutem. Cicero. Rideamus γέλωσα ταργάνημεν, id est, risum Sardonium. Iuuen. Qui Curios simulant, & Bacchanalia viuunt. Prætereà verba ad sensus pertinentia s̄epè pro actiuis sumuntur, vt Vox hominem sonat, id est, sono exhibet. Olet vnguenta. Otatio Demosthenis olet lucernam. Sapit vas, Sapit adiunctionem.

R E G I M E N.

Dicimus etiā pluit sanguinē, & sanguine, vel, sanguis pluit.

R E G U L A II.

Omne dat actiuū, tolle interdicere, quartum.

Hoc verbum sextum pro quarto sēpius optat.

Omne verbū actiuū regit post sē accusatiūm rei pa-tientis, qui in oratiōe passiua sit nominatiūs: vt, Amo Deū: Deus amatur à me. Aras terram: Terra aratur à te. Puer osculatur matrem: Mater osculatur à puerō.

A regulā excipitur interdico: quia pro accusatiōe sēpius ab-latiū habet, vt diximus. Potes etiā excipere iubeo & inui-deo: vt, Iubeo & inuideo tibi. Tu iuberis & inuidēris à me. At à multis passiuis abstinentū est, teste Diomede: quia venu-stius per impersonale dices: iubetur, & inuidetur mihi.

Annotatiuncula.

Actiuū verbum heic voco, quod ab alijs transitiuū dici-tur: & differt à verbo actiui generis. Verbum actiui generis est, quod in o desinens accepta r facit ex se passiuū, præ-ter facio, cuius passiuū est sio.

Verbū actiuū est, quod agere significat, siue in o, siue in or desinat, ante sē regens nominatiūm agentem, post sē ve-ro accusatiūm patientem: vt, Diligo, aro, opperior, crimi-nor. Horatius. Sedulitas autem stulte quem diligit vrget. Idē. Nec tardum opperior, nec præcedentibus insto. Per-tinent igitur ad hanc regulam nō solūm verba actiui generis, verum etiam neutra, deponentia, & communia.

Heic notabis obiter, quòd quęcūq; neutra accusatiūm pa-tiētē regūt, tertiā habēt passiui generis personā, & quatuor participia: duo in significatione actiua: vt, seminans semina-turus: duo in passiua: vt, seminatus, & seminandus.

R E G U L A III.

Celo, rogo, doceo, geminant, vt vestio, quartos
Diuersos, dices, veniam quoque poscimus abs te.
Induo veste Petrum, dic: aut vestem induo Petro.
Rem tibi, vel de re te cælo, dicinus apte.
Te doceo de grammatica, tu dicito parce.

Cclx

ACCUSATIVI:

Celō cū verbis rogādi, docendi, vestiendi, regit duos accusatiuos pro diuersis acceptos: vt, Celō te arcana nica. Doceo discipulos poesim. Rogo magistrū veniā. Induo te tunica. Sed rogandi, id est, precandi, & interrogandi verba admittūt quandoq; ablatiū pro alkero accusatiuorū: vt, A nemine percunstaberis ea, quæ tua non intersunt. Virg. Ipsū obtestemor, veniamq; oremus ab ipso. Cic. Legē sibi indicunt innocentiae, continentiae, virtutum omnium, qui ab altero ratione in vita reposcunt. Supplico semper datiuum habet. Terent. Ipsū hunc orabo, huic supplicabo.

Verba vestiēdi mutat interdū accusatiū personę in datiuin: vt, Induo tibi tunicā. Rei verò in ablatiū: vt, Induo te tunica. Ouid. Flumināq; obliquis cinxit decliuia ripis. Personā heic voco, quidquid patitur: rē quod neq; agit, neq; patitur. Eodē planè modo variat celō: vt, Celō tibi consilium meum. Sed hoc ablatiuo rei dat præpositionē. Cic. Bassus nosfer de hoc me libro cælavit. Celō pro sculpo hic nō pertinet. Quainuis inuenitur, Doceo te de hac re. Sallust. De itinere hostium Senatum doceo: Non tamen libenter diceré: Doceo te de hac arte. Instituo, imbuo, & instruo exigunt ablatiuum sine præpositione: vt, Intererit multūm, quibus moribus puerum instituas. Horat. Quo semel est imbita recens seruabit odorem Testa diu. Cato. Si tibi sint nati, nec opes, tunc artibus illos Instrue. Sed hoc pro doceo, simpli- citer rarum est.

Annotatiuncula.

Dixi duos accusatiuos pro diuersis acceptos: quia duos accusatiuos ad eandem rem pertinentes, aut qui significantur ad eandem rem pertinere, bene regunt alia verba: vt, Voco te hominem. Circe fecit homines lupos, & leones.

Appendix.

Passiuia verborum hic pertinentium, priore accusatiuo in nominatiuum mutato, posteriorem admittunt, qui ferè est rei inanimæ: vt, Rogo te veniam: Tu rogaris à me veniam. Virg. Arma diu senior desueta trementibus ævo Circundat nequidquam humeris, & inutile ferrum Cingitur.

REGULA IIII.

R E G I M E N.

Delectat, decet, atq; iuuat, da quarto oportet.

Hæc quatuor verba, Delectat, decet, iuuat, oportet accusatiuum post se cupiunt, & cum infinitiuo in personalia dicuntur, cū nominatiuo ante se, personalia: vt, Delectat me stude-re: aut, Delectat me studiū. Decet sacerdotē castè viuere: aut, Decet sacerdotem casta vita. Iuuat nos adspicere arua: aut, Iuuat nos adspectus aruorū. Dubiū videri potest an Oportet accusatiuum habeat. Si enim dicas: Oportet te ire, te non regitur ab oportet: sane vbi cunque hoc verbum personaliter inuenitur, post se nusquā in habet accusatiuum cū quo alia tria passim occurruunt. Horat. Quem res plus nimio delecta-ueret secundæ, Mutatæ quatient. Idein. Paruum parua de-ent. Ouidius. Scilicet interdum miscentur tristia lātis. Nee opulum toto pectori festa iuuant. Dedeget, offendit, lādit, & alia non nulla cū infinitiuo impersonalium quoque natuam accipiunt: vt, indulgere Baccho offendit cerebrum. An-qui decet ponebant cum datiuo.

R E G U L A V.

Compositum quandoq; dabit sibi præposituræ

Casum. quo circa quartum, sextumq; dat exit.

Sæpe quidem docti repetunt bene præposituram.

Verbum compositæ figuræ regit aliquando casum præ-
positionis cum qua componitur: vt, Adeo Petrum. Circum
sistimus magistrum. Plautus. Me miseram ad hunc modum,
decies dic vno sæpe extrudit q̄dibus. Horat. Deus immorta-
lis haberit Dum cupid Empedocles, ardenter feruidus Aet-
nam Insiluit. Idem. Heres.

Heredem alterius, velut vnda superuenit vndam.

Dicimus Exeo, & egredior domo, vel domum: quia è, ex, &
extra in compositione idem valent. Sæpe præpositio repe-
titur: vt, Egregior è templo. Cicero. Extra cancellos egredi
conabor. Terentius. In amore hæc omnia insunt vitia, iniu-
riæ, suspicione, iniuricitæ, induitæ, Bellum, pax rursum. Ve-
rū ne quis in repetitione præpositionis Pleonasimum cō-
mitti putet, sequens notanda est regula.

Aequivalens geminis harum si iungitur vni

Dix

ACCUSATI.

Dicitio, pro reliqua tantummodo debet haberi.

Quoties dictio æquualet duabus dictiōibus in significando, si ipsi altera illarum iūgatur, capitur solum pro reliqua: ut, In sum in lectiōne, id est, sum in lectiōne. Opusculū significat paruum opus, ac si paruum apponatur: habetur pro primitiō. Cic. in Parad. Accipies igitur hoc paruum opusculū. Sed hoc modo diminutiūs vtiūr ob vehementiōrē rei depressionem. Huc noui respexerunt Lancelot. Perot. & Bergomates, qui negāt, nemo idē significare quod nullus homo, quia Liui⁹ superflue dixisset. Nemo hominū: & Terent. Hominē callidiōrem vidi neminem, quām Phormionē. Sed certē in his, & similibus, nemo solū pro nullus ponitur. Quod verò idem Liuius ait: Nemo Deorū: & Virg.

Turne quod optanti Diuum promittere neino

Audieret, voluenda dies en attulit vltro, tolerabili
εκυπλογία est teste Scruio. Ista autem etymologia indica
 nemo ad homines peculiariter pertinere: constat enim à n.
 & homo, ut cuin Seruio Pompeius Festus testatur.

REGULA VI.

*Quām poscendo diu quartum vel ponito sextum,
 Cum quois verbo: secus ablatiuus adesto.*

Omne verbū regere potest accusatiū, vel ablatiuū tem-
 poris sine præpositione, Aut accusatiū cum præpositione,
 vbi quæstio fieret per q̄ diu, & quām dudu, aut per q̄ pridei
 de longiori tempore quærens: vt, *Quām* diu habitasti Lu-
 tetiæ? Treis annos, vel tribus annis, vel per treis annos. *Quā*
 dudum obiit pater tuus? Ab hinc treis dies, vel tribus die-
 bus. Cicero ad Att. *Quod* queris, quamdiu heic? paucos
 dies: sed certum non habeo. Virg. Noctes, atque dies pa-
 tet atrianua Ditis. Cicero. Tenuisti prouinciam per de-
 ceni annos. Suet. de Caligula. Vixit annis xxviii. Imperavit
 triennio, & deceni mēnsibus, diebusq; octo. Venustius ta-
 men tempus continuum per accusatiū effertur. Plaut.
Quasi claudus futor domi sedet totos dies.

Secus ablatiuus adesto.) At quæstione facta per quando, aut
 quāto tempore, pro intra quātū tempus, solus ablatiuus da-
 tur: vt, *Quando* venisti? Horatertia. Ouid. Mēuse malas Ma-

R E G I M E N

io nubere vulgus ait. Quanto tempore hæc scripsisti? Tribus horis. Ouid. Si quouies peccant homines sua fulmina mittat Iupiter, exiguo tempore inermis erit, id est, intra exiguum tempus.

R E G U L A VII.

Quantum sit spatium, quarto vel dicio sexto.

Ast vbi quid factum, sexto tantummodo prome.

Verbum eundi, & distandi regit accusatum, vel ablatiuum distantie aut spatij: vt, Ambulaui septem millia, vel milibus. Colonia abest hinc iter, vel itinere quatuor dictum. Plautinus Euclio. Si hercle tu ex istoc loco digitum transuersum, aut vngueni latum excesseris, continuo hercle ego te dedam discipulam cruci.

Annotatiuncula.

Distantiae casus aliquando subauditur. Cic. Nos properamus in castra, quæ aberant bidui. Cū dicimus, iui duo millia, subauditur genitiuus passuum: quia miliare continet, propriè mille passus. Continet autem passus quinq; pedes. Matt.

Te tamen vt videam, duo millia non piget ire,

Vt te non videam quatuor ire piget.

Ast vbi quid factum, sexto, &c) Vbi quid factum sit, cloquemur solum per ablatiuum: vt, Captus est latro sexto ab urbe lapide: non sextum lapidem. Sed opus est vt nomen distantiae sit, alioqui præpositio adderetur: vt, Ioannes Baptista decollatus est in carcere.

R E G I M I N I S A B L A T I V I ,

R E G U L A t.

Natura faciens regitur sine præpositura

In sexto à verbis permultis, mobilibusq;.

Sic dabitis efficiens quodcunq; modo bene posset

Hoc per, præ, propter, referare: pudore tacemus,

Te virtute colo, tardus senio, grauis ære,

Rex dono Christi, diuino numine præful.

Omnia ferè verba, & plurima adiectiva regere possunt ablatiuum causæ efficientis, præcipue naturalis & internæ: qui ablatiuus declaratur per præpositionem per, vel præ,

A B L A T I V I.

vel propter. Exempla de verbis. Taceo pudore. Rubesco ignorantia. Hic stupet vitio. Pinguiscit glis somno. Feci amore tuo, id est, propter pudorem, ignorantiam, &c. aut praे pudore, &c. Cice. ad Petum. Mirificè, capior facetijs maxime nostratisbus. Ambr. Peccator quamuis foris abundet & delicijs fluat, odoribus fragret, in amaritudine animæ suæ vitam exigit. Horat. Hic murus aeneus esto,

Nil consciere sibi, nulla pallescere culpa. Idem.

Imberbis iuuenis, tandem custode remoto,

Gaudet equis, canibusq;: & aprici gramine campi.

Exempla de adiectiuis. Pallidus morte, Albus frigore, Tar-dus senio, Grauis ære, Superbus honore, id est, propter mortem, frigus, &c. Plinius. Vtica Catonis morte nobilis. Quintilianus Aristotelem dubito scientia rerum, an scriptorum copia, an eloquendi suavitate, an inuentionum acuminis, an varietate operum clariorem putem.

Quædam substantiua, ut dignitatum nomina, regunt ablatiuū effientis: ut, Dei gratia Rex, Diuino auxilio Papa.

R E G U L A I I.

Materies ex qua raro sine prepositura.

Ponitur: ut, fuluo nummos eudit faber auro.

Materia ex qua aliquid fit, in ablativo exprimitur siveius cum præpositione de, è, vel ex: ut, Faber facit ex auro calicem. Homo factus est de limo terræ. Aliquando præpositio subauditur, sed ferè apud poëtas: ut Apud Virg. Aere ca-uo clypeus. Sed etiāq; intexunt abiete costas. Viminibus, mollique paras detexere iunco.

R E G U L A I I I.

Materiam, circa quam proprietas habet esse,

Mobile cum verbo sexto capit: auctus honore,

Lacte q; distentus. sic adiectiua dabuntur

Plurima, cum verbis fungor, vescor, fruor, vtor,

Victito, fraudo, beo, dono, afficio, colo, sterno,

Cum multis iunges, que profarecludet abunde.

Plurima adiectiua & verba regunt in ablativo materiam,

R E G I M E N

circa quam proprietas versatur. De adiectiis: ut, Auctus muneribus, Vber distentum lacte, Duplex auro, Vir duplex animo, Præditus virtute. Cicero in Verrem. Homo singulari cupiditate, audacia, scelere præditus. Lentus gradu, Dulcis eloquio, Benignus natura, Promtus lingua. Tardus manus. Licet heic sit materia, cui quid inhæret, tamen dici quoque potest materia, circa quam fit aliquid.

Exempla de verbis. Fungor, defungor magistratu, Vescor carne, Fruor amici conspectu. Vtor, abutor nimmo. Vicitio lacte, Fraudo te iure, Beo te diuitijs, Dono te equo, Afficio te honore, Colo te modico munere, Sterno lectum tapetis, Prosequor te laude, id est, laudo te. Sic prosequor te odio, amore, benevolentia, &c. Pascor herbis, passiui generis est: Pascor herbas, deponens est. Dignor te laude, id est, dignum iudico. Virg. Haud equidem tali ine dignor honore. Mutat aurea æris. Horat. Diruit, ædificat, mutat quadrata rotundis. Tépero me vino, vel à vino. Conficior mœrore, seneçute, tristitia. Frustro, aut frustror te spe, id est, decipio. Frustror expensas, id est, frustra ago. Multa tam nomina, quam verba hoc referri possent: quibus ex ordine instituto nona in constructione genitiui data est regula. Fungor, vescor, fruor, vtor, inueniuntur etiam cum accusatiuo. De impertior & dono, latius in datiuo dictum est.

R E G U L A I I I .

Forma, modusue datur per casum rite Latinum.

Nomen formæ vel modi regitur in ablatiuo à verbo & adiectiuo nomine, aliquando etiam à substantiuo, quotiescunque apta fieret interrogatio per quomodo: ut si quis querat, Quomodo cantabimus: aptè respondebis, Submissa voce, graui accentu. Sic, Adspicio te toruis oculis, Facies miris modis pallida. Ouid. Tres sumus imbellis numero. Nominé Petrus. Cognominé Paulus. Nominé Grammaticus. Re Barbarus. Præceptor consilijs. Rex titulo. Troianus origine. Cæsar. Non iniuria id feci. More meo doceo. Iure meo hoc mihi vindico. Recito dulci prolatione.

R E G U L A V .

*Mobile vel verbum mensuram dat sibi quarto,
Vel sexto: longus treis vlnas, vel tribus vlnis.*

Adie-

A B L A T I V I.

Adiectiuū nomen vel verbū regit mensurę nomen in accusatiuo vel ablatiuo : vt, Hic pannus est longus treis vlnas, vel tribus vlnis. Plin. de Babylone. Muris ducentos pedes altis, quinquagenos latis. Plaut. Comesse panem treis pedes latū potes: In sacris. Erat autem Niniue ciuitas magna itinere trium dierū. Pers. Nugaris cum tibi calue Piuguis aquaticulus propenso sesquipedē exter.

R E G U L A VI.

Mensurā exēssus verbum, vel mobile sexto
Optat: vt, exēdo digito, pede longior vno.

Dictio significans exēssum regit ablatiuū, qui significat exēssus quantitatē certam vel incertam : vt, Sum te longior capite. Hoc lignum exēdit illud digito. Sum te inde dico doctior, multo fortior. Iuuenal is de Pygmēis. Totā cōhors pede non est altior vno.

R E G U L A VII.

Passiū sextum dabimus cum præpositura.

A, vel ab: accipiens sic do, distans, remouensq;.

Sic aliis pon. s, & que conformia noris.

Omne verbū passiū potest regere post se ablatiuū : mediātē præpositionē à, vel ab: vt, Amor à Petro, Liber legitur à magistro, Vapulas à preceptore, Infans osculatur à matre. Horat. Laudatur ab his, culpatur ab illis. Quintil. Fabricius se respondit à ciue spoliari malle, quām ab hoste venire.

Annotatiuncula de cōstrūctione impersonaliū in tur. Passiū verbū heic voce non solūm quod est passiū generis, sed quocunque pati significat, siue in o, siue in or desinat. Et addūtur passiū vocis impersonalia, licet actiū signifcent, quæ præter ablatiuū post se regūt casuū verborū surū: vt, Tibi reclamatur a omnibus. Cic. Nihil est à me inseritū temporī. Sed cauendū, ne eis que veniunt ab actiūs, & à neutris accusatiuum regentibus accusatiuum apponas: non enim sic loquerer, A' me legitur Matthæū, A' te aratur terram: sed personaliter, A' me legitur Matthæus: vel Lego Matthæum. A te aratur terra: vel Tu aras terram.

Accipiēs sic do, distas, remouēs q;.) Verba accipiēdi, distādi,

F 5

& re-

REGIMEN ABLATIVI.

& remouendi regū ablatiuū cum præpositione à, vel ab.

Accipiendi: vt, Accipio, recipio, audio, disco, quæro, ha-beo, intelligo, conduco, spero, exspecto, nascor, &c. Binas à te recepi litteras. Terent. Disce ab his, qui vere sciūt. Publ. Ab alio exspectes, alteri quod feceris. Tacit. Nasci à princípibus fortuitū est. Fenero, vel feneror tibi, id est, pecuniam ad usuram do. Fenero, vel feneror abste, id est, ad usuram accipio. Contra Vallam, teste Mancinello.

Distandi & remouendi: vt, Disto, differo, absum, abeo, recedo, abhorreo, alieno, amolior, diuidio, segrego, arceo, auero, aufero, &c. vt, Longè distat à nobis India. Absum ab Italia. Suet. Nec abhorret à veritate. Horæo, abhorreo hanc tem, id est, abominor, execror, aut fornicido. Aufer à nobis Domine iniurias. Auerte iram tuam à nobis. Superfedeo sèpius legitur cum ablativo, quam accusatio. Cicero. Supersedeas hoc labore itineris.

Annotatiuncula generalis.

Verbis huius regulæ aliquando datur ablativus omissa præpositione. Suet. in Domitiano. Philosophos omnes urbe, Italiaq; subnivit. Horat. Alioruim opprobria sàpe absterrant vitijs. Idem. Viuere si rectè nescis, discede peritis.

Sic aliud ponas.) Quædam adiectiva regunt ablatiuū cum à, vel ab: vt, Alius ab illo: sic alter diuersus, &c. Primus à Rege. Secundus à Principe. Integer à vitijs. Castus à Venereis. Romulus oriundus est Troia, vel à Troia. De vacuus & alijs quibusdam dictum est in constructione genitiui.

REGULA VIII.

Instrumenta dabis sextis sine præpositura.

Quodvis verbum potest regere instrumentum in ablativo, cui nullo modo addi potest præpositio: vt, Scindo par-nem cultro. Cædo fetula. Impuli te pugno. Peto te stricto gladio. Concordia res parua crescent, discordia maximæ dilabuntur. Horat. Reges dicuntur magnis virgere culullis, Et torquere mero, quem perspexisse laborant. Virgilius. Nullus ubique potest felici ludere dextra.

Annotatiuncula.

Vbi non instrumentum significamus, sed comitem, quem mo-

ORDO DECLAR. GRAMM'AT.
modum actionis vocant, licet præpositionem addere teste
Valla: vt, Acceptus est à nobis cū honore. Magna cū bene-
uolentia scriptus. Cum mira affabilitate me allocutus est.

REGULA IX.

Absq; regente duos sextos bene pone sequelæ.
Discunt discipuli me præceptore docente.

Quoties duc orationes nominatiui & verbi sic se habet,
vt alteri opponatur talis particula, dum, quando, postquam,
aut similis, lepidè priorem mutamus in duos ablatiuos, qui
non reguntur, sed ponuntur absolute: vt pro Dum magister
legit, pueri scribunt, eleganter dicitur: Magistro legente pue-
ri scribunt. Sic, Magi apertis thesauris obtulerunt munera.
Augusto regnante natus est Christus. Tiberio imperante
crucifixus. Terent. Me impulsore nō fecit. Horat. de Sene.
Laudator temporis aucti se puer, id est, cùm ipse esset puer.

Annotatiuncula.

Dicitur ablativus sequelę sive consequentię, quia aliquid
ex alio denotatur sequi: vt, Sole lucente euaneunt tenebre.
Dicuntur absolutus, quia non regitur.

FINIS.

GRAMMATICAES DESPAVTE-
RIANAE DE ORDINE DECLAR-
ATIONIS GRAMMATICÆ & DE SYNTAXI RE-
CIPROCORUM, LIB. IX.

Ordo Grammaticæ declarationis.

Op̄tandi debent aduerbia sive vocandi
Sumere principium: velut interiectio sepe
Ecce, age, et heus. post hæc, casu decet addere quintū.
Hinc rectum sequitur verbum. tibi sit generalis
Regula, quæ à tergo regitur vult dictio cuncta
Postponi. si quid declarat iuris idem sit.

Si

ORDO DECLAR. GRAMMA.

Si quid sit tacite positum, supplere iubebbo.

Regulæ in ordine grammaticæ declarationis obseruandæ sunt septem.

I. Excitandi particulæ: ut aduerbia optandi, vocandi, demonstrandi, hortandi, & respondendi, & interiectiones plerūq; suinunt principiū in ordine grāmaticæ declarationis.

II. Post hæc sequitur vocatiuus.

III. Post vocatiuum sequitur nominatiuus à fronte verbi rectus.

IV. Post nominatiuum sequitur verbum personale finiti modi. Semper intelligo si sit in oratione: nam si hęc abfuerint, ab impersonali inciperemus: ut, Tędet animam meā vitę meā.

V. Dictio recta à tergo sequitur dictiōnem regentem. Itaque post verbum personale aliquando sequitur nominatiuus: ut, Sum hoīo: aut genitiuus: ut, Miserere mei: aut dative: ut, Seruio Deo: aut accusatiuus: ut, Aīo Deum: vel ablatiuus: ut, Caret nūm mis.

VI. Declarans declarato postponitur, ut adiectiuum substantiuo, aduerbiū verbo, infinitiuus finito. Item infinitiuus, & supinum, & gerundium postponitur adiectiuo: ut, Certus mori, aut moriendi. Turpe dictu. Præpositio cuin suo casu postponitur: verbo per hanc regulam: quia ipsa cum casu declarat significationem verbi: ut, Vado ad forum.

VII. In declaratione orationis diligenter videndum est, an aliquid subaudiatur: quia hoc suppleri dehet: ut, Miseram īne vereor. subauditur ô, vel heu. Vnde mihi lapidem? Hebrei sunt & ego.

Sex à dictis regulis exceptiones.

Quod rogat, atq; refert, et habet quod vim referētis,
Vt quod verba petit semper duo, dum, quia, donec.

Atq; negans præit, ob logicam mutabitur ordo.

Præcedens semper præponitur & referenti.

I. Interrogatiuum semper præcedit: ideo ab obliquo, vel aduerbio saxe inchoamus ordinein: ut, Quem queritis? Vbi vidistis hominem? Quem tădet vita?

ii. No-

SYNTAXIS RECIPROCORVM.

11. Nomen relativum & hinc aduerbiū præcedit dictio: nem à qua regitur: vt, Hic est, quē videre cupiui. Vidi cāpū, vbi Adam habitauit. Virgil. O terq; quaterq; beati, Quis ante ora patrū Troiæ sub mœnibus altis contigit oppetere.

111. Dictiones vim relativam habētes, vt quę ad sensus perfectionem plura verba petunt, debent in declaratione grāmatica præcedere. Tales dictiones sunt nomina, vel aduerbia infinita, Cū, deinde, deinceps, sic, sicut, sicuti, dū, quādo, quia, quoniam, licet, postquam, quā, quamuis, & similia, his quam plurima.

1111. Dictio negatiua debet præcedere: vt, Neutiquam faciā. Neminem video. Aduerbiū prohibendi, etiā negādi vim habet, ergo præcedit: vt, Ne feceris.

v. Propter dialecticorū præcepta oportet interdum contra dictas regulas parteis orationis ordinare: vt, Cuique homini anima est. Aliquo homini ditior sum. Hominem cognosco. Et similia, quæ tamen à doctis interim spernuntur. Sonorum alius vox, alius non vox.

vi. Relatiuum necessariò postponitur antecedenti: ideo obliquis contradictas regulas aliquando præponitur nominatio, aut verbo: vt, Ciceronis indiget suus filius. Patrem sequitur sua proles.

D E R E C I P R O C I S.

Reciprocum, est relativum reflexium, quod ad id, unde prodijt, reuertitur, vt primitiūm sui, & deriuatiūm suū: velut, Iste amat se. Ecce hic amor reflectitur ad amantē. Sic, Iste diligit filiūm suū. Heic dilectio tendit in rem diligētis. Ut autem facile pateat ad reciprocōrū notitiam iter ante omnia, diligenter considerandum est principale suppositum, ad quod fieri debet reciprocatio: vt, Superbus est sui iudicator. Publ. Auatus ipse miseriæ cauſa est sux. Exspectat e Ioannes vt se iuues: principale suppositum est Ioannes. Sic in omnibus orationib; de vt, & ne, principale suppositum est suppositum prioris orationis: veluti, Magister præcepit, vt ad se venirem. Ioannes timet, ne sibi noceam. Ioannes diligit Petrum & fratrem suū: de fratre Ioannis intellegitur. Ioannes diligit Petrum & fratrem eius: de fratre Petri, intelligitur: quia heic ad obliquum, illic ad principale sup-

SYNTAXIS RECIPROCORVM.

Suppositum fit relatio. Ideo in Euangeliō bene dicitur. Surgens accepit puerum & matrem eius nocte. Et vocabis nō men eius Iesum. Ipse enim saluū faciet populū suū à peccatis eorum. Eorū dixit, nō suis, ne de peccatis Iesu, quæ nulla fuere loqui videatur. Veitit autē interpres eorum pro eius. Matthæus enim Græcus pluralem gentium à vītā p̄ habet.

Annotatiuncula.

In reciprocis multi errarū , aut ipsi ex industria abusi sunt: vt Laur. Valla ostendit: sed cautè vidēdū est ad quid fiat relatio, ne nō illi, sed nostra erret censura: vt apud Horatiū, Aut famā sequere, aut sibi conuenientia finge. Georg. Valla vult sibi, pro ei, pon: quod verū nō est, quia sibi ad famā nō refertur. Sed sensus est, finge conuenientia sibi, id est, ea, quæ sibi ipsi non aduersentur, verū inter se aptē cohērent, ne monstrum nascatur tale, vt nec pes, nec caput vni reddatur formæ.

F I N I S.

V T I L I S S I M V S D E S I G N I S , D E G R A-
dum comparationis proprietate , ac de numeris libel-
lus, ex Despauteriana Syntaxi , per Sebastia-
num Duisburgensem collectus.

Sebastianus Duisburgensis Lectori S. D.

Breuiter & dulcidè in hæc tria capita contuli , quæ post partitiuorū constructionē diffusiūs quām par erat, tum obscutiūs quām conueniebat pueris tractata fuerāt. Ne autem eis illum in nostra inethodo darē locum, inter alias, quas lōgum foret exequi cauſtas, hæc non parum mouit, quod licet omnia & digna sint , & necessaria scitu, maxima tamen eorum pars nihil ad Syntaxim pertineat. Quid aio? Ut hæc illinc eximerem voluisse videtur ipse Despauterius. Cūm enim in his se longius à proposito digressurum animaduerteret, prēmonuit lectorem, vt ad nonam constructionis genitiui, quæ proxima est , se conferret regulam: hæc deinde, si cominodius appareret , percepta iam Syntaxi edisceret. Quamobrem præcipue mihi placuit, postremō discenda, ruditorisq; captum excedentia, in postremas reseruate chartas. Quod vt in percipiendis præceptis maximè iuuat, ita in tradendis eis à probatis scriptoribus vbiq; videmus obseruatūn. Vale.

DE

DE SIGNIS CAP. I.

Quod heic signum voco, à Græcis syntagorema dicitur: est enim dictio per se nullius rei significativa, quæ alteri adiecta significatione eius dirigit: ut cùm dico, Omnis homo mortalis est: omnis est signum.

Signorum alia sunt vniuersalia, alia particularia. Itē, quædam mōdō ponuntur interrogatiū: veluti, *Quis vbiq; sapit?* modo infinitè: ut, *Nescio, quis sibi non faueat.*

Signum vniuersale seu distributiuum est, quod singulis quidquam distribuit, vel aufert: ut, *Omnis, nullus.*

Signum particulare est, quod alicui quidquam dat, vel auferit: ut, *Aliquis, aliquis non.* Heic nota nullum esse simplex signum particulare negatiuum, sed fieri quandoq; ex negatione & sequente signo vniuersali. *Virg.* Non omnia possumus omnes, id est, aliqui aliqua non possumus.

Quis & *vter* differunt. *Quis* quærit de pluribus quām de duobus, & aliquando de duobus. *Vter* soluin de duobus interrogat: ut, *Quis digitorum est longissimus? Vtra manuum est fortior?* Exenplum vbi quis de duobus quærit. *Pers. de Ioue, & Staio.* *Quis* potior Iudex, puerisū quis aptior orbis? Nolle nisi rarissimè imitari.

Eandem differentiam habent omnia à *quis* & *vter* cōposita. *Vterq;* pro duobus distribuit. *Quisque*, ut oīnnis, pro pluribus. Neuter pro duobus. Nullus pro multis. *Vterlibet, vteruis* duorum sunt. *Quilibet, qui quis plurium.* *Quicunque, id est, omnis qui.* *Vtercunq;, id est, siue hic, siue ille.*

Quisq; & *quisquis* in eo cōueniunt, quod vtrunq; est vniuersale: sed in hoc differunt, quod *quisq;* vnicō verbo contentum est: ut, *Ditissimus quisque est superbus, id est, omnis diues.* *Quisquis* duo verba petit: quia per relatiuum seu quicunque declaratur: ut, *Saluabitur quisquis in data Dei similiter seruauerit.* *Quisquis, id est, omnis qui, aut quicunq;.* In obliquis tamē vnicō interdū: verbo orationem perficit: veluti, *Hominem quoquo modo absoluas, pro quouis modo.* Auctor Erasmus. Sed propter præcedentia bonam heic notabis regulam.

Inter,

DE SIGNIS

Interrogatiū, cum quæ cōiunctione cōpositum: fit vniuersale vnico verbo contentum: compositum verò cura seipso exponitur per cunque: vt, Quisquis, quicunq;, qualisqualis, qualiscunque. Terent. Vbi vbi erit, diu latere non poterit, id est, vbi cunque. Plaut. Ut ut es facturus, hoc quidem Hercole haud reticebo, id est, vtcunque.

Anib⁹ & vterq; differunt. Vtrīque fecisse dicimus, si & hic & ille fecerit diuīsim: vt, Vterq; fecit domum, ergo dux domus factæ sunt. Ambos fecisse dicimus, si duo cōiunctim aliquid fecerint: vt, Anib⁹ sibi monumentum constituerūt, hoc est, vnum monumentum commune.

Vterq; non iinatius singularis, & vtrīque nominatiū pluralis hoc discriminēt. Vterq; solum duo significat: vt, Vterq; exercitus: Vtrīque duo quidem significat, sed sic, vt in singulis plura intelligas: vt cū dico, Vtrīque exercitus, significo vtrīusque Dux complūculos exercitus. Hæc ex arte dicuntur, quam sæpe confundit auētoritas.

Quilibet, quiuis, vterlibet, vteruis, differunt ab vterq; & quisq;. Quisq; & vterq; sunt distributia vel vniuersalia.

Quilibet, quiuis, vterlibet, vteruis, sunt particularia, & significant vnum sub optione ad ce:era: ideo hæc enunciatio particularis est, Quilibet librorū meorum erit tuus, id est, vnum erit tuus, quicunque ex omnibus eligetur. Horat. Ilia & Egeria est, do nomen quodlibet illi, id est, quocunque placet, nō tamē do omne nomen. Ex his patet errare Neotericos dialekticos, sumentes quilibet pro quisque, vteruis pro vterque. Causa erroris est, quod hæc cum verbis præsentis temporis indicatiui modi parum differunt: vt, Quilibet homo est auarus, vera non est, nisi oninis homo sit auarus. Ouid. Pollicitis diues quilibet esse potest. Rectè heic dixisset, quisque. Similiter differunt & aduerbia, vbiq;, vbiuis, quoque, quolibet, &c. Alter & alijs hoc discriminis habent. Alter nam duarum rerum, vel partium significat: vt, Hannibal in transitu Alpium alterum oculum amisit. Exemplum de partibus. Cic. Duplices similitudines esse debent, vna rerum, altera verborum. Virg. Aurea mala decem misi, cras altera mittam. Alius de pluribus dicitur: vt, alij virtutem præponunt, alij voluptatem, alij indolentiam.

Inter

D E S I G N I S.

Interdū tamen aliis de duobus dicitur, vbi diuersa esse cōcedūtur: vt, Alia est facies mea, alia tua. Dubitatur vter ex-cellat, aliū præponit. Heic aliter loqui nō liceret, teste Valla. Item alter aliquando capitur pro aliis. Alteruter, quiuis ē duobus, siue vterlibet, vel alter ex duobus.

Quis & qui nominatiui singulares differunt. Quis interrogatiuē aut infinitē ponitur, nunquā relatiuē. Interrogatiuē. vt, Quis fecit: infinitē. Plin. Tum mihi nescio quis in aurem inlustravit.

Qui ponitur interrogatiuē & relatiuē. Interrogatiuē. Li-vius. Qui finis erit discordiarum? Relatiuē: vt, Diligo disci-pulum, qui litteris diligenter operam nauat.

Quæ & qua nominatiui singulares feminini generis dif-ferunt, vt quæ & qua nominatiui accusatiuiq; plurales neutri generis. Quæ vtimur in compositione, vt Quædam: & extra compositionem, vt Quæ hæc impudentia? Qua solū in compositione vtimur: vt, aliqua, siqua.

Inter quod & quid hæc intersunt. Quod cum suis cōposi-tis est adiectiuū: vt, Quod pomū, Quod cūq; donū. Quid cū suis est substitutiū: vt, Quid negotij, Quieqd causæ. Quod querit, & refert. Quid querit tantū, aut infinitē ponitur.

Differit quidā ab aliquis, quisquā, quispiā. Quidā dicit per sonam certā, & singulare potius signū est, quām particulare. Aliquis, quisquā, quispiā, dicunt personā incertā: vt, Quodā tēpore natus suin, aliquo moriar. Erasmus ait, quidam non nunquā incertā personā significare: veluti quādo aut con-tentū , aut translationem habet: vt, Isidorum mihi quendā citabat: perinde ac si dicas, Isidorū nescio quē. Lacrymas emi-sit, quendā animi sanguinē. Seditio morbus est quidam ci-uitatis. In his translatio est. Idem testatur, Quispiam tam certain, quāni incertain significare personam.

Etsi vllus significat aliquis, nunquam tamen affirmatiuē ponitur, sed aut negatiuē: vt, Non est vllus qui curat. Aut interrogatiuē: vt, Me vocat vllus? Aut subiunctiuē: vt, Si me vllus vocanerit, illico adero. Hinc fit nullus, quod co-nicē pro non capit: vt, Nullus faciam.

Differunt nullus & nemo . Nullus generaliter ad omnia pertinet. Nemo propriè tantum ad homines: quia interpre-tatur, nec homo. Ita dicit Seruius, & plures. Vide regulam quintam de constructione accusatiui.

De Vi graduum comparationis, C A P. II.

QVINQUE modis fit cōparatio. Primiō, Ab uno ad plures sui generis, & tunc superlatiuo est vtendum, si illi plures sunt impares: vt, Medius digitorum est fortissimus. Si vero pares fuerint, comparatiuo est vtendum: vt, Hoc vas est ceteris capacius, si quatuor sint vas: tria quidem æquæ capacia, quartum capacius.

Secundiō, fit comparatio ab uno ad plures diuersi generis, & comparatiuo utimur: vt, Leo est fortior equis.

Tertiō, fit cōparatio ab uno ad vnu, per casum significantem vtrūq.; & sic cōparatiuus partitiuē habet genitium: vt, Dextera est fortior manuum. Fit cōparatio à dextera ad læuanī, per genitium manum, significantem & dextram & sinistram. Vel fit comparatio ab uno ad vnum sine casu vtrunque significante: vt, Dextra est fortior sinistra.

Quartiō, fit comparatio à pluribus ad plures: vt, Socij mei sunt doctiores mei.

Quintiō, fit comparatio à pluribus ad plures: vt, Sumus fortiores vobis.

Duplex est comparatio: propria, & improppria, vel abusua.

Abusio in superlatiuis rarior est: in cōparatiuis fit tribus modis.

Primiō cōstruzione, vbi cōparatiuus proprium non regit casum. Sallustius in historijs. Nulla arte cuiquā inferior, pro quoquani. Plinius de Pado. Nulli amnium celeritate inferior, pro nullo.

Secundiō, fit abusio formatiōe, vbi fit à substatiuis: vt, Neronior. Ipsissimus, superlatiuus est formatione abusiuus. Sic apud Aristophanē ab ἀντὸς, id est, ipse iuuenitur ἀντότατος, id est, ipsissimus.

Tertiō, significatione, vbi pro positiuo capit: vt, Senior pro senex. Aut minus significat: vt, tristior, id est, patrum tristis. Aut ferè contrariuni: vt, dulcius, id est, minus amarum. Melius est amittere rem, quam famam, id est, minus nialū. Curtius. Mare Caspium dulcius ceteris, ingentis magnitudinis serpentes alit. Aut vbi cōparatiuus pro superlatiuo nitur, quod nimis fit s̄epe in sacrīs, nec debes imitari: vt, Maior discipulorū, pro minimus discipulorum. Fides, spes, caritas, tria hæc, sed maior horum est caritas: pro maximū horum, vel maxima horum, vel, vt Erasmus vertit, maxima in his

DE VI GRAD. COMPARAT.

in his caritas. Est etiam impropria comparatio, quando accidens excedenti tantum conuenit: ut, Deus est melior Demone.

Quod dixi cōparatiuum aliquādo minus significare, quā posituum in eo subscribo Prisciano, Seruio, Plinio, Quintiliano, deniq; & Varro, contra Vallā. Virg. de Charonte.

Iam senior, sed cruda Deo, viridisq; senectus.

Senior dixit, pro ex parte senex: quia subdit, cruda Deo, viridisq; senectus.

Interdum urbanior & modestior est per cōparatiuum sermo: ut, Es in dicēdo loquacior, liberior, superbior. Vbi subaudiri videtur paulò quām decet, aut quām æquū est. Persius. Ocyus adlit huc aliquis.

Ad propriam cōparationem necessaria sunt quinque.

Primo, res cōparata. Secundò, res cui cōparatur. Tertio, aliquid in quo sit comparatio. Quarto, vt vterque terminus accidentis sit particeps. Quinto, vt alter terminorum magis participet, vel participare intelligatur: ut, Rex est ditior comite. Rex est res cōparata: Comes res, cui cōparatur: Accidens, siue id in quo comparatio fit, diuitiae sunt, de quibus participant Rex & Comes, magis autem Rex.

Inter coimparatiuum & superlatiuum hæc est differentia. Superlatiuus facit comparationē inter plura duobus eiusdem generis vel naturæ, vbi res excessē sunt impares: ut, Virgilius fuit doctissimus poëtarum. Comparatiuuus partitiuē regens genitium, facit cōparationem inter duo eiusdem generis: ut, Dextera est manuum fortior. Vbicunq; hæc absunt comparatiuuus locum habet, cum ablativo: ut, Petrus est doctior suis cōdiscipulis. Paulus est lōgior Petro, Andrea & Ioanne æqualem staturam habentibus. Dictum est in Syntaxi, comparationem inter res eiusdem generis tunc fieri, quando casus comparatiui, vel superlatui tam excedens, quām excessum continet.

Hæc breuiter repetij, vt intelligas quām ineptè Mancinus, Sulpicius, Lancilotus, Aldus, & plures Vallæ dictam ponenti differentiam repugnant. Quorū omnium tela duobus modis excuties.

Primò respōdebis Vallam fateri, se de gradibus comparationis annotasse ea, non quæ scriptorum vulgus, sed duo

Iumenta loquentiæ Latinæ M. Cic. Marcusq; Fabius Quintilianus obseruauerūt. Proinde notatur ab eo Macrobius, superlatiuo ad plura diuersi generis abusus, cū ait. Age Serui nō adolescentū, qui tibi æquævi sunt, sed senuni quoque omniū doctissim⁹. Rectius dixisset. Non solū adolescentum doctissimum, sed senibus quoq; oninibus doctior. Nec probatur Q. Curtius dicens per comparatiuum. Duo maiora omnium nauigia, pro duo maxima oninum nauigia.

Secundō Vallā defendes, ostendens non fieri cōparatiōnem inter res eiusdem generis. At si eam fieri primo adspētūt, responderē excedentē à casu comparatiui per ablatiuum relatiui substantiæ diuersitatis tacite subauditū excludi, quod sit in hoc Martialis loco. Hic totus volo rideat libellus, Et sit nequior omnibus libellis. Sabaudi, alijs, vel reliquis, vel ceteris : & sic non sit comparatio inter res eiusdem generis, vt Laurentius id accipit : diuersum enim hunc libellum reddidisti ab alijs. Ouid. Virginibus præstantior omnibus Herse: subintellige, reliquis. Hoc pæcto multa alia, quæ Vallæ obijciuntur, examinabis. Notandum est p̄ tereā, huiusmodi ablatiuum subauditri posse, quando in diuisiōnibus genitiuus abrupte & pene absolute ponitur, vbi videri posset cōparatiuum inter plura duobus, per regimen partitionis cōparationem faciens. Plinius. Animalia in fortiora, quibus sanguis crassior: sapiētiora, quibus tenuior: timidiora, quibus minimus: at quibus nullus, hebetia. Nunc dicemus quæ diētiones, quibus gradibus eleganter apponātur, vbi non nihil de prior & prius p̄ximiserimus.

Vbi prior partitiū capit, semper inter duo tantū cōparatione in facit. Primus inter plura duobus, & aliquādo inter duo tantū: vt, Vter fuit prior. Numa, an Pythagoras? Quis fuit poētarum primus ? Exemplum vbi primus de duobus tantū dicitur. Cic. Duo quidem te nominatim rogo: primū vt si quid satiſdandū erit, amplius eo nomine, nō peti cures, vt satiſdem fide mea, &c. Sic inuenies & apud alios. Istud igitur bene notauit contra Vallam Lancilotus : sed quod id de Prior addit contra eundem, nihil facit.

Quintilianus & Cicero vter semper comparatiuo, quis superlatiuo dedere, vbi sit comparatio inter ea, quæ sunt eiusdem generis: vbi non sit, quis etiam comparatiuo ap-

GRADVVM COMPARAT.

posuerunt. Quintilianus. Ita non tantum, utrum sit melius, sed quid sit optimum queritur. Cicero. Quis omnium doctior, quis acutior, quis in rebus inueniendis, vel iudicandis acrior Aristotele fuit?

Quisq; superlativo eleganter datur, & numero ordinali.

Omnis & cunctus positivo & comparatio: vt, Pauperimus quisque contemnitur. Tertio quoque verbo loqueris Barbarè, non omni tertio verbo. Omnis duos honoratur. Cunctus doctus irridetur. Petrus asportauit cuncta utiliora. Inuenitur etiam quisque cum positivo & comparatio, sed minus eleganter, teste Valla. At si comparatiu s habeat quo vel quanto, quisque ei venustè iungitur. Quintil. Erit ergo etiā obscurior, quo quisq; deterior. Lancilotus contra Vallam notauit, omnis etiam superlativo adhærere. Cicero. Qui fuisti cum in omni gradu amplissimo dignissimus, tum facile ordinis tui certè princeps.

Vnusquisque nō facilè patitur superlatiuū: quia Vnus vim quandā ac naturā superlatui obtinet. Potius ergo dicinūs, Vnusquisq; bonus, quām vnlusquisq; optimus: Auctor Valla.

Vt & ita, eundemq; sensum facientia tam & quam, similibus semper dantur gradibus, & potissimum superlatiuis. Cic. Ut enim quisque optimè dixit, ita maximè dicendi difficultatem, variosque euentus orationis, exspectationemque hominum pertimescit. Varro de canibus, Quām paucissimos relinques, tam optimi in alendo sient. Sallust. Quām quisque pessimè fecit, tam maximè tutus est. Cic. Ut quisque animi magnitudine excellit, ita & maximè vult princeps omnium, vel potius solus esse. Sed in habentibus vim superlatiuam omittimus quandoque superlatiuum. Cic. Ut quisque aetate antecedit, ita sententiae principatum obtinet. Heie antecedo & principatus superlationem habent.

Quò, eò vel hoc, quanto, tanto, multò, paulò, aliquantò, longè, facile, comparatio dantur. Quintil. Quò quisque ingenio minus valet, hoc se magis attollere ac dilatare conatur. Cic. Quantò maior es, tanto te geras submissius. Valens Max. Multò scipsum, quām hostem superare operosius est. Virgilius. At pedibus longè melior Lycus.

Multa ex dictis dantur etiam superlativo, aut vim superlatiuam, diuersitatēme intuentibus. Quintilianus. De-

D E V I

clamandi ratio ut est omnibus nouissimè inuenta, ita multò est utilissima. Catullus ad Ciceronem.

Gratias tibi maximas Catullus
Agit, pessimus omnium Poëta,
Tantò pessimus omnium Poëta,
Quanto tu optimus omnium patronus.

Quintilianus. Longè omnium, quos quidem mihi audire contigit, præstantissimus Domitius Afer. Cic. Totius Græciæ facile doctissimum Platонem.

Vnum superlatiuam, aut diuersitatem habent: Alius, aliter, secus, ante, post, præsto, malo, antecedo, excello, princeps & similia. Cic. Multò secus euenit. Sallust. Multo præstat beneficij, quam maleficij memorem esse. Quintil. Nouem Lyricorū facili Pindatus princeps. Cū his etiam locum habent in ium aduerbia, maximè cū verbis: ut Paulò vel paulùm posthabui mea negotia tuis. Cic. Longe multūq; præstat mens, atque ratio. Hinc fit quandoq;, ut venuste in eadem oratione in o & uni aduerbia connectamus. Quintil. in laude Musices. Quid autem in nostris legionibus cornua & tubæ faciunt, Quorum concentus quanto est vehementior, tantum Romana in bellis gloria ceteris præstat. Ouid. Quantò dux milite maior, Tantum ego te supero.

De aduerbijs in iun, hoc præterea notandum est, quod positiuo gaudent: ut, Multum doctus. Et quibuslibet verbis: ut, Quantum potes, tantum elabora. Aliquando comparatiuo dantur, sed minus eleganter. Terent. Eius frater aliquan tum est ad rem audiō. Quintilianus. Negotia paulum ad dicendum tenuiora. Poteris hos parcè imitari.

Valde, per, & perquam, oppidò quam, sanè, sanequam, nimisquam, in primis, cum primis, inter primos, præter certos, cū paucis, inter paucos, ante alias, apprime, admodum admodumquam, mirum in modum, plerunque positiuo gaudent: ut, Valde suavis, Perdoctus, Perquam litteratus, Oppidò elegans. Vir in primis doctus, &c. Virgilius.

Ó felix una ante alias Priameia virgo.

Dixi plerunque quia aliter interdū reperies, quam illa præcipit: quod ne quis eum ignorasse credat, hæc illas legat verba. Neque si quid aliter penes auctores reperiatur mihi obesse debet, qui non legem scribo, quasi nunc quam

GRADUVM COMPARAT.

quam aliter factū sit, sed quod frequentissimè factitatū est, præsertim à M. Tullio, Marcoque Fabio. Hec Valla.

Quædā igitur et si positivo frequentius iungantur, (habent enim superlationis vim) patiuntur tamen non nunquam comparatiuum aut superlatiuum. Virg. Pygmalion scelerē ante alios immanior omneis. Idem. Petīt ante alios pulcerrimus omneis Turnus auis, attauisq; potens. Cicero. Homini in primis glorioſiſſimo respondet.

Quam ex variatione significationis omnibus datur gradibus. Quando significat quantum, iungitur positivo. Cicero. Quam nō oſi ſing qui amant, vel ex hoc intelligi potest. Iungitur etiam superlativo in eadem significatione, ſi ponatur cum verbis, Posſum, queo, valeo, aut conforimi, quale est licet: veluti, Scribas quam bene potes, vel quam optimè potes. Cicero. Reliquum vitæ curſum, quam quidem posſum breuiter perſtrīgam, & vt potui breuiter perſtrīxi. Heic etiam vt, pro quantum ponitur. Sallust. Iugurtha quam maximas potest copias amat. Notabis indifferenter dici. Dicam quam breuissimè potero: vel, Dicam quam maxima breuitate potero. Cicero. Tanta est inter eos, quanta maxima potest, morum studiorumq; distantia.

Quam pro quanto datur cōparatiuo, quod raro vſi uenit. Virg. Tā magis illa fremens, & tristib⁹ effera flāmis, Quam magis effuso crudescūt sanguine pugnae. Tam, id est, tanto.

Quam pro valde elegātiſſimè datur superlativo: vt, Literæ tuæ ſuere mihi quam gratiſſimæ, id est, valde gratæ. Iungitur etiam positivo, vt probant Mancinellus, & Lancilotus. Cicero ad Luceium. Me ita cepit vel incendit, vt cupe rem quam celerrime rumores nostros monumentis commendari tuis. Idem. Quam multa enim, quæ noſtra cauſſa nunquam faceremus, facimus cauſſa amicorum. Plinius. Quam multum interest, quid à quoque ſiat.

Valla putat male dici, quamplures, pro complures, perſæpe tamen aliter inuenitur apud probatissimos scriptores. Cæſar. Hx permanerunt aquæ dies quamplures. Cicero. eras quamplures tabulas pinxit.

Ex dictis obſeruandum eſt, non bene comparari perdoct⁹, perdoctior, perdoctissimus: ſed perdoctus, lōgē vel multo doctior, quam doctissimus. Ita iudicabis de ſimilibus.

DE NUMERIS.

CAP. III.

Numerus est unitatum collectio: ut, Duo, tria. Unitas numerus non est, sed numeri principium. Ordinis numerorum duæ sunt regulæ.

Prima. Ut maximus quisque numerus habetur, ita primū sibi locum vindicat, ubi coniunctio abest, nisi infra viginti: ut, Viginti unus, &c. Septendecim, &c. Quia manifesta compositione est. Columel. Nec versus plures, quam viginti unus. Sic triginta unus equites desiderati sunt.

Secunda regula. Ut minimus quisque numerus est, ita primum locum sibi vindicat infra centum, & supra viginti, intercedente copula: at supra centum, & infra viginti maior numerus præponitur: ut, Vnus & viginti, duo & quinquaginta. Sed decem & septem. Centū & viginti. Cicero. Plato uno & octogesimo anno scribens est in mortuus. Idem. Gorgias centum & septem compleuit annos.

Numeri species sunt quatuor. Numer⁹ cardinalis, ordinalis, pōderalis, siue multiplicatiuus, & numerus distributiūs.

Cardinalis numerus, est principalis numerus, è quo ceteri oriuntur: ut, Vnus, vna, vnum: duo, duæ, duo: tres, tria: quatuor, quinq; sex septem, octo, nouem, decem, vndecim, duodecim, tredecim, quatuordecim, quindecim, sexdecim, septendecim, octodecim, nouendecim, viginti, viginti unus, &c. Triginta, quadraginta, quinquaginta, sexaginta, septuaginta, octoginta, nunquam dices octuaginta, nonaginta, Centum, centum & vnuim, &c. bis centum, ter centum, &c. Vel declinabiliter per compositionem ducenti, tæ, ta, trecenti, quadringenti, quingenti, sexcenti, septingenti, octingenti, nōgenti, vel noningenti. Mille, mille & unus, &c. Bis mille, ter mille, &c. Non autem duo centum, duo mille: quia duo adiectiva inepte connectuntur. At benè dicimus duo millia. Quia mille idem significans quod apud Græcos chiliās. Teutonice, een duysent, substantiuum est, declinaturq; in ablativo singulari, ac toto plurali numero. Vide Macrobius plureisque alios.

In compositis à centum in omni specie numeri, post n, e mutatur in g: ut, quadringenti, ubi etiam t in d mutatur, quadringentesimus, quadringenteni, & cetera.

Or-

DE SPECIEB. NUMERI.

Ordinalis numerus est, quo ordinem seriemque rerum indicamus: ut, Primus, secundus, tertius, quartus, quintus, sextus, septimus, octauus, nonus, decimus, undecimus, duodecimus, tertius decimus, quartus decimus, &c. Vel decimus tertius, decimus quartus, &c. Vicesimus vel vigesimus, vigesimus primus, &c. Trigesimus, quadragesimus, quinquagesimus, sexagesimus, septuagesimus, octogesimus, nonagesimus, centesimus, ducentesimus, trecentesimus, quadragesimus, quingentesimus, sexcentesimus, septingentesimus, octingentesimus, nongentesimus, vel noningentesimus, millesimus. Haec nomina propriè significant è numero quopiam ultimum: ut, Decimus, id est, è decem ultimus. Primus tamen excipitur, quia numeri principium est. Ouid. Laodamia Protesilao. Inter mille rates, tua sit millesima puppis, Iamque fatigatas ultima verset aquas. Millesima, id est, è mille ultima. Persius. Hoc satis? an deccat pulmonem rum pere ventis, Stemmate quòd Tusco raimum millesime ducis, id est, ultime è mille. Aliquando significant vnumquemuis è tali numero. Suct. in Calig. Ducentesimam actionem Italiae remisit. Sic, Centesimam partem honorum patris assecutus sum, id est, vnam è centum. Tertio capitul pro cardinali hic numerus. Sene. in lib. de Ira. Iacebat conuina centesimus, id est, iacebant centum conuinæ teste Lancil. Quartò, significat bis tantum, ter tantum, &c. ut, Ager hic centesimum fructum attulit, id est, centies tantum, quantum segmentis accepérat. Georgius Valla notauit, in hoc numero aliquando syneopam fieri: ut, Duceimus, trecesimus, quadragesimus, quingesimus, &c. pro ducentesimus, trecentesimus, &c. Liuius xxix. Anno quingesimo.

Multiplicatius numerus est, qui duplicationem, aut multiplicationem rerum denotat: ut, Duplum, bis tantum. Duplex, cui duæ sunt partes. Centenarius lapis, id est, centum ponderum. Ergo multiplicatius numerus est triplex. In plus, in plex, & in arius.

In plus, pla, plum, sunt simplus, duplus, triplus, quadruplus, quintuplus, sextuplus, septuplus, octuplus, noncuplus, decuplus, undecuplus, duodecuplus, deceplius triplus, &c. Vigecuplus, trigecuplus, quadragecuplus, quinquagecuplus,

G 5 sexa-

DE SPECIEBUS

sexagecuplus, septuagecuplus, octogecuplus, nonagecuplus, Centuplus, ducentuplus, trecentuplus, quadringentuplus, quingentuplus, sexcentuplus, septingentuplus, octingentuplus, nongentiplus. Millicuplus. Rarò utimur his in masculino aut feminino genere: sēpissimē verò in neutro. Interrogatum horum grammatici dicunt esse quotplū, & significant semel tantūn, bis tantūm, &c.

In plex: vt simplex, duplex, triplex, &c. eodem modo vt praecedentia cūt, ponendo plex pro plus, & significat multiplicationem materiæ vel generum: vt, Vestis est duplex. Dictiones sunt octuplices. Aliquando capiuntur pro cardinali. Suet. Testamentū duplex ante bienniū fecerat, alterū sua, alterū liberti manu, id est, duo testamenta. Virg. Duplices tendens ad sidera palmas, id est, duas, vel ambas potiūs. Sic iunguntur carentibus plurali, veluti Duplex aurum.

In annis sic eunt. Vnarius, binarius, ternarius, quaternarius, quinarius, senarius, septenarius, octonarius, nonarius, denarius, vndenarius, duodenarius, &c. vicenarius, tricenarius vel trigenarius, quadragenarius, quinquagenarius, sexagenarius, septuagenarius. Hæc significant numerum aliarum rerum, quæ non nominantur: veluti, Lapis centenarius, id est, centum librarum. Sic in alijs mensuratis. Homo quadragenarius, id est, quadraginta annorum. Sic in reliquis vbi ætatem inquirimus. Grex centenarius, id est, centum capitum, Sic in similibus. Centenarius numerus reetè dicitur, quia numerus omnia complectitur. Non autem reetè dices millenarium annum, sed millenarius numerus annorum.

Distributius vel diuidius numerus est, qui pluribus aliiquid diuidit, & per signum vniuersale declaratur, si propriè suinas: vt, Dedi discipulis bina poma, id est, cuiq; discipulo-ruin duo. Dedi ad Petrum & Paulū binas Epistolas, id est, ad vtrūq; duas. Hi numeri sic eūt. Singuli, bini, terni, quaterni, quini, seni, septeni, octoni, noueni, deni, vndeni, duodeni, ternideni, aut deniterni, &c. Viceni, viceni singuli, &c. Triceni, quadrageni, quinquageni, sexageni, septuageni, octogeni, nonageni, centeni, ducenteni, trecenteni, quadringenti, quingenteni, sexcenteni, septingenteni, octingenteni,

N V M E R I.

noningenteni vel nongenteni, milleni. A viginti viceni dicimus, à triginta triceni, g in e versa. Composita à centum in hac specie possunt syncopari: vt, Deceni, trecenti, quadringeni, quingeni, sexcenti, septingenti, octingenti, nongenti producenti, &c. Rarò utimur his uniuersalibus singulariter. Quandoq, pro primitiis utimur, etiam in singulari. Virg. Gurgite septeno rabidus mare submonet annis, id est, leptē gurgitibus. Idem. Per duodena regit mundum Sol aureus astra, id est, per duodecim astra. Numerus distributius necessario pro cardinali, singulati numero carentibus apponitur: vt, Binæ litteræ, id est, duæ epistolæ. Terna arima, &c. In his pluraliter vni, vnæ, vna, dicimus potius quain singuli: vt, Vnæ litteræ, vna nuptiæ. Sallust. Hi postquam in vna mœnia conuenere. Idem. Vbi vnæ & alteræ scilicet comminutæ sunt. Valla tamen ait rectè dici. Duos liberos & treis liberos, quorū vñus, &c. quia intelligi solet filius. Non autem. Ter nas accepi litteras, quaruni vñam, &c. sed quartum vñas, &c. Littera pro epistola singulariter poëticum est. Ouid. Quā legis, a rapta Bryseide littera venit.

Aduerbialis numerus, est aduerbium numeri. Nec est distincta species, quia aliquando est numerus cardinalis: vt, Semel, bis, ter, Non nūquā ordinis: vt, Primo, secūdō, tertio. Interim multiplicationem dicit: vt, Dupliciter, tripliciter.

Aduerbia numeri sic eunt, Semel, bis, ter, quater, quinques, sexies, septies, octies, nouies, decies, vndecies, duodecies, tredecies, quatuordecies, quindecies, sexdecies, septendecies, duodeuicies, Vnde uicies, Vicies, yicies semel, &c. Tricies, quadragies, quinquagies, sexagies, septuagies, octogies, nonagies. Centies, ducenties, trecenties, quadringtonties, quingenties, sexcenties, septingenties, octingenties, noningenties, vel nongenties, Millies. In his nec ante vicies nec post centies sit syncopa, in reliquis sit s̄pissim: vicies pro viginties, tricies pro triginties.

At Barbara suot vigesies, centesies, millesies, &c. Interrogatiuum huius speciei est quoties sine n, teste Capro.

Duode, id est, duobus de m̄tis, Vnde, id est, uno de m̄to, in cō positione solum utimur, duntaxat supra decein, vbi cunq; e octonarius & nouenarius numerus est, idque sit in omni

ERAS. ROTEROD.

specie numeri: ut Duodeuicies, id est, decies & octies : vndeui-
cicies, id est, decies & nouies. Sic duodeuiginti, vndeui-
ginti, Duodeuicesimus, vndeuicesimus, &c. Vndetriginta,
duodequadraginta.

F I N I S.

DES. ERASMI ROTERODAMI de ratione studij ad Christianam Lube- censem Epistola parænetica.

CVm te incredibili quodā ardore litterarū flagrare ini-
nimè dubitarem, Christiane nō vulgaris amicē, horta-
tore nihil opus esse putau, sed eius, quān ingressus essem,
viæ duce in odò , ac tauquā indice. Id quod mei officij esse
iudicam, videlicet vt tibi homini non modò multis modis
copularissimo, veruinetiam iucundissimo, vestigia, quibus
ipse à puerō essem ingressus, cōmonstrarem. Quā si tu pa-
ri cura accipies, arque ego dicturus sum, futurum confido,
vt neque me monuisse, neque te paruisse pœnituerit. Pri-
ma igitur cura sit, vt præceptorem tibi deligas quām erudi-
ditissimū. Neque enim fieri potest, vt is rectè quemquam
erudiat, qui sit ipse ineruditus. Quem simulatque naētus
eris, fac modis omnibus efficias, vt ille patris in te, tu filij
vicissimi in illum induas affectum . Ad quod quidem cum
ipsa honesti ratio nos debet adhortari, quod non minus
debeamus ijs, à quibus recti viuendi rationem, quām à
quibus viuendi initia sumsimus : tum mutua ista beneuo-
lentia tantum ad discendum habet momenti, vt frustra sis
litterarum præceptorem habiturus, nisi habueris & ami-
cum. Deinde vt te illi & attentum, & assiduum præbeas.
Contentione enim inmodica non nunquam obruuntur
ingenia discentium. Assiduiras verò, & mediocritate sua
perdurat, & quotidianis incrementis maiorem opinionem
aceruum accumulat. Satietate cum omnibus in rebus, tum
in litteris nihil perniciosius . Laxanda est igitur aliquoties
illa litterarum contentio : intermisendi lusus, sed liberales
sed litteris digni, & ab his nō minus abhorretes: imo me-
dijs ipsis studijs perpetua quædam voluptas est intermis-
cen-

RATIO STUDII.

cenda, ut ludum potius discendi, quam laborem existemus. Nihil enim perquam diuferi potest, quod non agentem aliqua voluptate remoretur. Optima quoque statim, ac pri-
mum disce. Extremæ est denientia, discere dediscenda.
Quod in curando stomacho solent præcipere medici, idem
tibi in ingenij seruandum puta. Cae ne aut noxio aut im-
modico cibo ingenium obruas, vtroque enim iuxta offenditur. Ebrarduni, Catholicon, Brachilogum, ceterosq; id ge-
nus, quos percensere neque possum, neque operæ pretium
est: ijs relinquito quos Barbaricm immenso labore discere
iunat. Initio non quam multa, sed quam bona percipiias re-
fert. Sed iam rationem accipe, qua possis nō solum rectius,
sed etiam facilius discere. Hoc enim in homine artifice pre-
stare solet artis ratio, vt tantudem operis, cum rectius ex-
peditusque, tum leuius etiam efficiat. Diem tibi in operas
partire, id quod & à Plinio Secundo, & à Pio Pontifice Ma-
xiino viris præstantissimi factitatum legimus. Principie
quod caput est, præceptorem interpretantem non attentus
modò, sed & auidus auscultato. Non contentus impigre se-
qui differentem aliquoties præuolare contendit. Omnia illi-
lius dicta memoriae, præcipua etiam litteris mandabis, fi-
delissimis vocum custodibus. Quibus rursus ita confidas
caue, ut diues ille ridiculus apud Senecā, qui sic animum in-
duxerat, ut se tenere crederet, quidquid seruorum quisquam
meminisset. Noli committere, ut codices habeas eruditos,
ipse ineruditus. Audita ne effluant, aut apud te, aut cum alijs
retracta. Nec his contentus, aliquā temporis partem tacitæ
cogitationi tribuere memento, quā vnā D. Aurelius, tū inge-
nio, tum memorię in primis cōducere scripsit. Conflictatio
quoq; & tanquā palæstra ingeniorū, neruos animi præcipue
tum ostendit, tum excitat, tum adauget. Nec sciscitari, si
quid dubitabis, nec castigari, si quid errabis, sit pudor.
Nocturnas lucubrationes, atque intempestiuia studia fugi-
to: nā & ingenium extinguunt, & valitudinem vehementer
offendunt. Aurora Musis amica est, apta studijs. Pransus, aut
ade, aut deambula, aut hilariis confabulare.
Quid quod inter ista quoque studijs locus esse potest? Ci-
bi non quantum libidini, sed quantum valetudini satis sie-
sumi-

ERAS. RÖTEROD.

sumito. Sub cœnam paulisper inambula: cœnatus idem facto. Sub somnum exquisiti quippiā , ac dignum memoria legitio. De eo cogitantem sopor opprimat, id expeirectus, à teipso reposcas. Plinianum illud sempet animo insideat tuo. Omne perire tempus , quod studijs non impertias Cogita iuuēta nihil esse fugacius: quę vbi auolariit semel, redit nunquam. Sed iam hortator esse incipio, indicē pollicitus. Tu suauissime Christiane hanc formam, aut si quā poteris meiorem, sequete, ac bene vale.

Quis sit modus repetendæ lectionis.

Quibusdam prima, ac vnica ferè cura est, statim ad verbū ediscere: quod equidem non probo. Est enim tum magni laboris, tum fructus propè nullius. Quorsum enim attinet, psittaci more verba nō intellecta reddere? Commodo reī igitur viam accipe. Lectionem quidem auditam continuò relege: ita, vt vniuersam sententiam paulò altius etiam animo insigas: deinde à calce rursus ad caput redibis, & singula verba excutete incipies, ea duntaxat inquirens , quæ ad Grammaticam curā attinet: Videlicet, si quod verbum obscurum, aut antiquis derivationis, si heteroclite coniugationis, quod supinum, quod præteritum faciat, quos habeat maiores, quos nepotes, quam constructionem , quid significet, & huiusmodi non nulla. Hoc vbi egeris, rurium de integro percurrito, ea iam potissimum inquirens , qua: ad artificium rhetoricum spectant. Si quid venustius, si quid elegantiū, si quid coccinniū dictum videbitur , annotabis indice, aut asterisco apposito. Verborum compositionem inspicias, orationis decora scrutabere , auctoris consilium in-dagabis, qua quidque rationē dixerit. Vbi quid te delectauerit vehementius, caue præter casam, quod aiunt, fugias, si ge pedem, ac abs te ipso rationem exige , quare tantopere sis ea ratione delectatus, cut non ex ceteris quoque parem ceperis voluptatem. Inuenies te acumine , aut exornatione aliqua oratotia, aut compositionis hermonia, aut, ne omnia persequat, simili quapiā caussa cōmotū fuisse. Quod si aliquod adagiū, si qua sentētia, si quod prouerbiū vet⁹ , si qua histria, si qua fabula, si qua similitudo nō incepta, si quid breuiter, acute, aut alioqui ingeniosè dictum esse videbitur.

id

RATIO STVDII.

id tanquam thesaurum quendam animo diligenter reponendum ducito ad usum, & ad imitationem. His diligenter curat ne pingeat quartum iterare. Nam hoc habent eruditorum virorum summum ingenio, summis vigilijs elucubrata scripta, ut nullies relecta, magis magisq; placeant, semperque admiratori suo nouum miraculum ostendant. Id quod tibi in tabula tua sumpenumero, nec sine causa laudata, euenire solet, quod ante a non animaduertisses. Idem tibi multò amplius in bonis auctoribus eueniet. Releges igitur quartum, ac quae ad philosophiam, maximè vero ethicen refeiri posse videantur, circumspicies, si quod exemplum, quod moribus accommodari possit. Quid autem est ex quo non vel exemplum viuendi, vel imago quedam, vel occasio sumi queat? Nam in aliorum pulchre ac turpiter factis, quid debeat, quid non iuxta videamus. Haec si facies, iam vel edidiceris, quanquam aliud egisti. Tum demum si liber, ad descendendi laborem accedito, qui tum aut nullus erit, aut certe per quam exiguus. Quid deinde? Restat, ut cum studiosis congregatoris, tuas annotationes in medium proferas, vicissimque illorum audiias, alia laudabis, alia reprehendes, tua partim defendes, partim castigari permittes. Postremo quod in alijs laudasti, tuis in scriptis imitari conaberis. Secreta studia a doctis laudantur: at ita, ut postea è latebris in arenam prodeamus, viriumque nostrarum periculum faciamus. Id quod sapientissime à Socrate est dictum. Experiatur utrum partus ingeniorum vitales sint, ni in rū obstetricum industria imitati. Quare alternatim utrisque vertetur, qui non vulgariter volet euadere doctus. Vale.

F I N I S.

